Jaco. Turb. 23.

S[redacted]
decembris die decimo: Anno D: 1582 Reg: Regine tricesimo:

THESAVRVS LINGVAE ROmanæ & Britannicæ, tam accurate congeſtus,

vt nihil penè in eo deſyderari poſsit, quod vel Latinè complect[illegible] ampliſſimus Stephani Theſaurus, vel Anglicè, toties aucta Eliotæ Bi[illegible]theca: opera & induſtria Thomæ Cooperi Magdalenenſis. —

Harm[redacted] of Bishops-
—p. [redacted]e. 11. 165

Quid fructus ex hoc Theſauro ſtudioſi poſsint excerpere, & quam rationem ſecutus author ſit in Vocabulorum interpretatione & diſpoſitione, poſt epiſtolam demonſtratur.

Thos J Hale

ACCESSIT DICTIONARIVM HISTORICVM ET poeticum propria vocabula Virorum, Mulierum, Sectarum, Populorum, Vrbium, Montium, & cæterorum locorum complectens, & in his iucundiſsimas & omnium cognitione digniſsimas hiſtorias.

In Theſaurum Thomæ Cooperi Magdalenenſis,
hexaſtichon Richardi Stephani.

Vileſcat rutila diues Pactolus arena,
Hermus, & aurifera nobilis vnda Tagi.
Vileſcant Crœſi gemmæ, Midæq; talenta:
Namq; apud Britones eruta gaza patet.
Hoc [illegible] amplecte tuo gens Anglica debet alumno,
Qui vigili nobis tanta labore dedit.

EXCVSVM LONDINI IN AEDIBVS
quondam Bertheleti, cum priuilegio Regiæ
Maieſtatis, per Henricum VVykes.
Anno domini. 1565.
16. Martij.

Prot. 16

AD CLARISSIMVM VIRVM
Robertum Dudleium, Leiceſtriæ Comitem, Regiæ
maieſtati a conſiliis, & Oxonienſis Academiæ
Cancellarium, Thomæ Cooperi, de
Theſauri dedicatione, epiſtola.

CVM ſuperioribus annis (illuſtriſſime vir) in ſubſidium ſtudioſæ iuuentutis Eliota Dictionarium Latinoanglicum maximis laboribus conficeret: mihi viſus eſt vir doctus & prudens mente cogitationeq; proſpexiſſe, in quantas anguſtias ętate ſubſequente res literaria prolapſura videretur. Poſtquam enim noſtra memoria, propter graues temporum & religionis mutationes, antiſtites Eccleſiæ verbiq; miniſtri, non in contemptum modò hominum, ſed in periculum etiam ſalutis & fortunarum trahi cœperunt: mirū profectò quam ex eo tempore quotidie magis deiecta ſit iuuentutis ſpes et induſtria, quam vbiq; contemptæ iacuerint artes & diſciplinæ. Nam cum illud vitæ genus, cuius antea dignitas et amplitudo quaſi pręmium ſtudioſorum laboribus propoſitum fuit, iam vel, quod multi putant, coniunctam habeat ignominiam, vel, quod impii ſperant, imminentem calamitatem: et parentes, ſuorum proſpicientes commodis, alia vitæ inſtituta liberis pręſcribunt: et ipſi iuuenes, vulgi potius exiſtimationem quam rerū dignitatem ſequentes, ad quiduis ſunt promptiores, quam ad diuturnas ſtudiorum moleſtias ſine certo fructu perferendas. Hinc itaq; fit, quod à præclaris ingeniis præmaturè deſtituantur Academiæ et ſcholæ publicæ, multoſq; iuuenes habeant liberaliter ſanè inſtitutos educatione doctrinaq; puerili, ſed paucos admodum, qui cognitionis et ſcientiæ cupidi, in literas illas interiores et reconditas altius penetrare ſtudeant: niſi qui fortè ad medicinæ cognitionem, aut iuriſprudentiam paulo maiori impetu ferantur. Reliqui, vel abiectis ſtudiis ad aulicam vitam confugiunt, vel ad regni inſtituta ediſcenda ſe conferunt, vel ad alias ætatis degendæ rationes deſciſcunt, ex quibus ampliores credunt vtilitates ſibi profecturas. Quamobrem meritò mihi videntur conqueri Chriſtianæ religionis præſides et viri doctiſſimi, quibus eiuſdem hodie tradita eſt adminiſtratio, cum incredibili veritatis Euangelicæ incommodo magnam eſſe in pleriſq; locis eccleſiarū deſtitutionem, ſummamq; penuriam eorum, qui diuini fœderis præconium ſuſcipiant, qui Eccleſiaſtica munia ſubeant, qui reliquas literatæ pietatis functiones exerceant. Cum enim cæteras reipublicæ partes capeſcentibus certi honores magnaq; præmia proponātur, Eccleſiarum verò rectoribus & literarum magiſtris ad contemptum maior q̄ ad laudem locus relictus ſit: non mirum ſi multi reperiantur, qui gloriam & dignitatem, pauci qui coniunctam cum ignominia virtutem et doctrinam perſequantur. Sed imprudenter à me & intempeſtiuè hæc illata videtur querela, cum omnium iam ſermone peruulgatum ſit, tuo maximè conſilio, & clariſſimi viri Sicilli maieſtatem Regiam iamdudum iniiſſe rationem, quemadmodum non artes ſolum iniuria temporis labātes in priſtinam reſtituantur dignitatem, ſed etiam vt iuuentus ignauia langueſcens gloriæ ſtimulis erecta magis conſtanter perferat graues ſtudiorum labores. Hanc opinionem mentibus hominum infixit anno ſuperiore Cantabrigienſis profectio: cū Regia maieſtas in ipſis quaſi Muſarū delubris, non ſolū præſentia ſua declarauit honeſtiſſimarum artium cultores ſibi et curæ fuiſſe & delectationi, ſed etiam ſplendida & illuſtri oratione ſtudioſorum animos ad ſingularem quandam ſpem ampliſſimorum virtutis & induſtriæ præmiorum concitabat. Verè quidem illa principis officio fungitur & illuſtris et immortali prædicatione dignæ. Poſtquã enim ſtrepitus armorum et bellorum tumultus prudentiſſimis conſiliis ſedauit, ad pacis rationes componendas incumbit: vt linguarum peritia vigeat, vt humanitatis diſciplinæ floreant, vt laudabilium artium doctrina in pretio ſit, ſummo ſtudio contendit. Qua in re licet ipſius præcipuè virtus & prudentia eluceat, veſtra tamen non exigua laus eſt, qui in eiuſdem ſocietatem cōſilii veniſtis. Veſtris enim monitis, veſtris hortatibus, et excitata eſt et cōfirmata Regiæ Celſitudinis induſtria. Quamobrem diuino certè beneficio factum puto, vt his temporibus Academiæ noſtrates, præclaræ Muſarum ſedes, vos inprimis duos habeant patronos: quos omnes vident, & ſingulari quadam naturæ bonitate, & incredibili Reipublicæ ſtudio liberalium diſciplinarum ſuſcepiſſe defenſionem & propagationem. Satis enim intelligit veſtra prudentia, nihil eſſe in natura rerum, quod tam fuſa in omnes partes habeat commoda, quam humanitas atque doctrina. Nam præclara hæc et eximia communiū literarum eſt vtilitas, quod earū conformatio, ſi vel ad mediocres naturas acceſſerit, incredibilem vim prudentiæ, conſilii, dignitatis, ad omnes Reipublicæ partes cōſtituendas profert. Quis enim nō videt, quantum poſſit humanitatis et diſciplinæ inſtitutio, in vero numinis cultu promouendo, in religione confirmanda, in moribus erudiendis, in obeundis legationibus, in exponendis Principis Senatúſue mandatis, in ſuaſione aut diſſuaſione legum, conſiliorum tractatione, cauſis publicis, iudiciis, cæteriſq; rebus omnibus, quibus adminiſtratio Reipublicæ cōtinetur? Labantibus igitur literarū ſtudiis, et maximè reipublicæ vtilitates ſimul cōcidunt. Pro cognitione et ſcientia, turpiſſima rerum omnium ignoratio: pro ſincero dei cultu, anilis ſuperſtitio: pro dicendi facultate, ſtupida infantia: pro conſilii copia et vbertate, mentis et iudicii inopia: pro exculta morum elegantia, agreſtis et inamœna ruſticitas: pro manſuetudine et humanitate, barbara quædam feritas in vitam hominum inuadit. Quamobrem (vir præclariſſime) quod liberaliſſimarum artium te patronum et defenſorem præbeas, quod ad eorum conſilia te adiunxeris, qui de ſuſcitāda literarum dignitate cogitant, et Reipublicæ maximam cōcilias vtilitatem, et immortalem tibi laudem nominiſq; prædicationem. Huius enim facti grata erit in omnem poſteritatem recordatio. Præclara quidē ſemper habita ſunt iſta in ſplendidis et illuſtribus viris, vt ſua virtute et induſtria iuris et legum æquabilitatem ſeruent, ciues in officio contineant, ſeditioſos pacis perturbatores reprimant, ab externis bellis patriam defendant: ſed vulgares hæ nobilium virorum laudes ſunt, et cum multis communes. Iſta verò eximia ſunt et ſingularia, ſummo ſtudio curare, vt procul à regni finibus extermin etur infantia: vt longius amandetur fœda rerum ignoratio: vt ſuum locum virtus et ingenii gloria conſequatur: vt, qui ſtudiis et artibus honos debetur, ſtudiis et artibus honos deferatur. Verùm vt pauci ſunt, qui harum rerum gloriam expetunt: ita qui diuinitus excitati in eam rem incumbunt, ab omnibus maiori et honore, et admiratione digni exiſtimantur. Sed hæc cura non claros modò viros, et eos qui cum dignitate ſunt in Republica debet attingere, ſed omnes præterea bonos ciues, et inprimis eos, qui literarum cauſa cupiunt. Quorum è numero cū ego me profitear eſſe: cum officio meo coniunctum arbitror, vt aliquid in communem ſtudioſorum fructum proferā. Omnes itaq; ingenii mei facultates, cuiuſquemodi ſunt, in hunc vtriuſq; linguæ Theſaurum contuli: vt, qui in re literaria tenuiores ſunt, hinc petant, quo ſuam poſſint inopiam ſuſtentare, donec per ſe maiores orationis diuitias ſibi comparent. Cæteras artes et ſcientias alii ſuo tempore promouebunt, ego pro virili mea parte ſtudui, vt hac ratione iuuenibus noſtris aliquantò facilior eſſet aditus ad Latinæ linguæ cognitionem atq; facultatem. Hic enim non ſolum cuiuſq; vocabuli vernacu-

vernaculam interpretationem variam et copioſam reperient: ſed etiam ex ampliſſimo Roberti Stephani Theſauro commodiſſimè congeſtas locutionum formulas, quibus eiuſdem apud probatos authores vſus, quantumuis multiplex, indicatur. Ex eiſdem etiam ſubſcriptis locutionum exemplis intelligant, cuiuſmodi in illuſtribus ſcriptoribus adiuncta ſint nominibus epitheta, quæ verbis eleganter aduerbia connectantur, quæ interdum antitheta et contraria, quæ nomina quibus verbis, quæ item verba quibus nominibus aptè cohęreant. Genera verborum et nominum, inflectionem, accentum, deriuationem, nuſq̃ penè prætermiſi: vt illorum etiam conſulerem induſtriæ, quibus deeſt viuæ vocis inſtitutio. Aſcripta ſunt vbiq; authorum nomina: vt non obſcurum eſſe poſſit, quid cuiq; debeatur. Hinc etiam vel exiguo negotio depromant ſibi non contemnendum apparatum verborum et locutionum, ſiue de re aliqua dicendum ſit, ſiue ſcribendum. Accedunt et iſta non exigua commoda: quod hic Latini ſermonis elegantiam et concinnitatem obſeruent, quod eiuſdem cum noſtro idiomate conſenſionem intelligant, quod in ſuis ſcriptis ad optimorũ authorũ imitationẽ ſe facilius componant. Quamobrem hic vnus liber omnia videtur adferre ſubſidia & adiumenta, quibus iuuenes inſtructi laudabilem orationis facultatem conſequantur. Hoc quicquid eſt laboris et induſtriæ, quod in Theſauro noſtro congerendo locaui, tibi inprimis (vir ornatiſſime) dicandum arbitror. Oxonienſes enim, ſi quid in literis hoc tempore moliuntur operoſius, ſi quid in lucem proferendum ſtatuunt, id cenſent tuæ Dignitati tum iure, tum merito deberi. Si enim qui fundum ſtudioſè colendum, diligenter conſerendum, eleganter exornandum curat, eiuſdem prouentus iure ſibi vendicat: æquum etiam videri debet, vt quos ſtudiorum fructus Oxonienſis Academia profert, eos tibi ſolus auferas, qui tam libenter eam & ſtudio foues, & conſilio regis, & authoritate defendis. Cum igitur ego ſemper alumnus huius ſcholæ fuerim: non video quemadmodum ſine iuſta ingratitudinis reprehenſione poſſim non tibi labores meos conſecrare. Quod tamen non ea ſpe facio, vt mea dicatione ad tuas quicquam laudes accedat. Quid enim ad ſolis ſplendorem lucernæ lichnioliue lumen, aut ad immenſam maris magnitudinem quid poteſt adferre ſtilla muriæ? Ad cumulum vero laudum tuarum cumulum, quem præclariſſimarum virtutum ornamentis tibi comparaſti, multo minus hac inſcriptione additur. Me tamen nominis tui ſplendore ad huius lucubrationis obſcuritatem illuſtrandam abuti, non grauiter, vt ſpero, patiere. Nam & ea es humanitate, vt oblata munuſcula non tam ſuo pondere, quàm offerentium voluntate metiaris: & ea grauitate atq; conſtantia, vt quarum modo literarum tutelam ſuſceperis, earum iam nolis fructus quantumuis exiguos aſpernari. Hunc itaq; Theſaurum literarium tibi exhibeo teſtem & animi in te mei, & omniũ tuorum Oxonienſium voluntatis. Quem ſi pro ſolita benignitate tua in bonam acceperis partem, diuitiarum certè tuarum cumulo non multum, humanitatis commendationi plurimum acceſſerit.

Vale.

ANNOTATIONES QVIBVS ſtudioſi lectores admonentur de ratione & ordine iſtius libri, ne fortè in quærendis dictionibus vel errent vel hæſitent.

ORdinem alphabeticum diligenter in omnibus ſeruaui, præterq̃ in illis vocabulis quæ ab alijs deducuntur. Nam, quæ Grammatici vocant deriuatiua, reieci ad ſuos fontes, vnde promanant et profluunt. Vt iſtæ dictiones *Eſurio, Eſuriens, Eſuries, Eſuritio, &c.* non habentur in alphabetica ſerie, ſed poſt verbum *Edo,* à quo deriuantur. Quam rationem ideo putaui vtiliorem fore, quod facile iuuenis cognoſcat, vtrum dictio, de qua dubitatur, primogenia ſit, an deductitia: & ſi deductitia, à quo tandem trahatur, & quos habeat generis conſortes. Suis tamen locis in alphabetico ordine reperies, vbi iſta, poſt ſuas origines, quęrenda ſint.

Vernaculas phraſium & locutionum interpretationes de induſtria plurimis in locis inuenies mancas & imperfectas. Vt in verbo *Colligo,* iſtæ locutioni, *Colligare impetum furentis,* adieci interpretationis cauſa tantummodo, **to repreſſe, ⁊c.** reliquam partem ſententiæ reliqui induſtriæ lectoris. Item, in *Circulus,* iſta ſententia, *Circulos ſuos orbeſq; conficiunt celeritate mirabili ſtellæ,* hanc imperfectam habet adiunctam expoſitionem: **To theyr courſes with marueilous, ⁊c.** Vbi vides eius duntaxat partis expoſitionem, quæ difficillima ſit, & quæ pertineat ad vocabulum, cuius vſus eo loco deſcribitur: cętera conſulto prętermiſi. Hanc rationem licet multis fortaſſe minus probatam, me tamen vel inuitum perſequi coegit ſtudium breuitatis: quam licet & hac in re, & alijs quibuſcunque potui modis ſecutus ſum, vides tamen plus iuſto voluminis magnitudinem creuiſſe.

Non defuturos ſcio, qui vernaculam interpretationem reprehendant, tanq̃ multis in locis parum commodè latinis reſpondentem. Sed ab æquis lectoribus vehementer contendo, vt iudicium ſuum differant, donec in eum locum inciderint, vnde phraſes ipſæ deſumptæ ſunt. In maternum enim ſermonem transfudi, non eo quidem ſenſu, quem prima fronte præ ſe ferre videntur Latina: ſed iuxta mentem & ſentētiam authoris, quem citaui. Exempli cauſa, in *Viuus* ſic legent, *Viui peruenimus illuc. Virg.* Statim expectabunt hanc interpretationem, **We came thyther aliue.** Sed ego ſenſum authoris ſecutus, ſic verti: **We haue liued to ſee that.** Item in *Tarditas, Curſu corrigere tarditatem,* hunc in modum interpretatus ſum: **With more ſpeede to make amendes for his ſlowneſſe before time.** At multi credent magis appoſitè me vertiſſe, ſi dixiſſem, **To amende his ſlowneſſe wyth running.** Quæ interpretatio longè diſcrepaſſet ab authoris ſententia. Hæc pauca ſatis fuerit exempli cauſa demonſtraſſe: cum tamen alia plurima ſint eiuſdem generis.

Omnis dictio, quæ ex claſsicis et probatis authoribus depromitur, habet authoris nomen aſcriptum. Quod ſi qua non habuerit, eam ſcito vel Græcam eſſe, nec dum in ſatis probatum vſum Latini ſermonis pertractam: vel eiuſmodi Latinam, quæ in laudatis ſcriptoribus non reperiatur.

Locutionum formulæ poſt vnumquodque vocabulum non temerè et confuſè, ſed alphabetica ſerie commodiſsimè congeſtæ ſunt, vt minori negotio ſe quęrentibus offerant.

Vbicunque repereris hanc notam aſcriptam .¶. ibi ſcito vel ſignificationem, vel vſum dictionis nonnihil diſcrepare ab eo, quod proximè ſuperius præceſſerat.

NOn inutile mihi videtur,vt,propoſitis quibuſdam exemplis, quaſi digito tyronibus demonſtrem,quem fructum poſsint ex hoc Theſauro decerpere. Quæ res ſi fortè à me tractabitur magis craſſa Minerua, q̃ vt prouectioribus & excercitatis gratum eſſe poſsit: cogitent me eorum maximè cauſa facere, qui deſtituti magiſtris viuæ vocis inſtitutionem non ſunt conſecuti. Hanc item rationem ſi illi Literarum magiſtri,qui per ſe meliorem excogitare non poſſunt,in ſuis pręlectionibus obſeruare voluerint,non inutilem meo iudicio nauabunt operam.

For ſo much as the vnſkilfull or yong learned Scholars cannot of themſelues conceyue the vſe of this booke, I haue thought it good by examples to note vnto them, what fruit & cōmodity they may take therof, in ſo plaine forme or mãner as I can deuiſe. Fyrſte therefore they may here learne, what parte of ſpeach the word is. For Nownes and Verbes may be knowen by their declining, which commonly is here noted: and the other parts are expreſſely named: as, Participles, Aduerbes, Coniunctions, &c. Next, they may ſee, what accent it ſhould haue, & howe it is to be pronounced: as, *Piſcina, penul prod.* not *Piſcina.* If it be a Nowne, they may know whether it be Adiectiue or Subſtantiue. For Adiectiues be expreſſely noted moſt commonly, and Subſtantiues may be perceyued by their Gender and Declenſon. If it be a Subſtantiue, let them marke, what Gender it is, and of what Declenſon. The Gender both is added moſt commonly, and where it is not, may be learned by the phraſes following: and the Declenſon may be gathered by the Genitiue caſe. As, *Dux*, is noted to be the common Gender, and the Genitiue caſe *Ducis*, ſheweth it to be the thyrde Declenſon. *Ducatus*, is noted to be the Maſculine gender, and *Ducatus* the Genitiue caſe declareth it to be the fourth Declenſon. Then may they further learne, whether the worde be a Primitiue, or Deriuatiue deduced of ſome other. For all the Deriuatiues are ſet with their ſignifications and phraſes, in a ſmaller Latine letter after their Primitiues. As, after this Primitiue, *Duco*, followeth *Ducens, Ductus, Ducatus, Dux, Ductor, Ducetarius, Ductilis, Ductim.* Wherby wͭ great profite they may learne, as it were, ẏ whole progenie & offspring of any word. Next, let them further marke ẏ diuers ſignificatiõs of the word, & the manifolde conſtructions and vſes of the ſame, be it Verbe, Nowne, or other. As, *Certamen*, ſometime ſignifieth a game, or play: as, *lex Certaminis.* Sometyme ſtryfe, debate, contention: as, *Certamen eſt mihi cum illo.* Sometyme fight or battayle: as, *conſerere Certamen.* This diuerſity of ſignifications I haue not only noted together confuſely in the fyrſt expoſition of the word, but afterward alſo diſtinctly each by it ſelf, with the phraſes to the ſame belonging: which he may find out by this Paragraffe ¶ which is noted whereſoeuer eyther the ſignification, or the vſe of the thing altereth. In a Verbe they haue to note, whether it be Primitiue or Deriuatiue, of what Coniugation it is, what is the Preterperfect tenſe and Supines, what diuerſitie of ſignifications, and varietie of conſtructions it hath. As, *Contendo*, being in the bigger ſorte of letter, is declared to be a Primitiue, and hath deduced of it theſe Deriuatiues, *Contentus, Contentè, Contentio, Contentioſus, &c.* The Coniugation may be knowen by the termination of the Infinitiue mode *Contendere*, there added. The Preterperfect tenſe, and the Supines are expreſſed as well in this worde, as all other. *Contendo*, ſometime ſignifieth to bende: as, *Contendere arcum.* Sometime to ſtretch: as, *Ilia riſu contendere.* Sometime to ſtrayne harde: as, *Contendere vincla.* Sometime to go to: as, *Contendit Romam.* Sometime to endeuoure: as, *Contendere omnibus neruis.* Sometime earneſtly to deſire: as, *Omni ſtudio à te mi Brute contendo.* Sometime to contende: as, *Contendo de honore.* Sometime to compare: as, *Contendere rem aliquam cum alia.* The diuerſitie of conſtruction of all other poyntes is eſpecially to be obſerued, which oftentymes chaungeth, as the ſignification altereth. As, *Contendo*, ſignifying to ſtretch or bende, ſometime hath an Accuſatiue caſe onely, as *Contendere poplitem*: ſometime an Accuſatiue with an Ablatiue: as, *Ilia riſu contendere.* When it ſignifieth to go, it hath ſometime an Accuſatiue alone: as, *Romam contendit*: ſometime an other Accuſatiue with, *ad*: as, *Contendere curſum ad aliquem*: ſometime an Accuſatiue with *ad*, only: as, *Contendit ad patrem*: ſometime an Accuſatiue with, *in*, or *ad*, and alſo an Ablatiue, as *Magnis itineribus contendere in Italiam, vel ad exercitum.* When it ſignifieth to endeuoure, ſometime it is vſed abſolutely, as *Eniti et contendere debet*: ſometime wyth an Ablatiue: as, *Labore contendere*: ſometime an Infinitiue mode, as *Dyrrhachium petere contendit* ſometime an Accuſatiue wyth, *Contra*, and *vt*, following: as, *Contra grauitatem morbi contendit, vt conſequatur &c.* Sometime an Accuſatiue with *ad*, and an Ablatiue: as, *Maximis periculis ad ſummam laudem contendere*: ſometime an Aduerbe, as *Fruſtra contendere.* When it ſignifieth to deſire, it is moſt cõmonly vſed with an Accuſatiue of the thing, and an Ablatiue with, *A*, or *ab*, of the perſõ: as, *Hoc à me contendebat* ſometime in ſteade of the Accuſatiue, an other Ablatiue is added with *de*: as, *Pompeius vehementer à me contendit de reditu in gratiam*: In place of which Ablatiue may be vſed ẏ Subiunctiue mode wͭ *vt*, as, *Contendit à me vt redeam in gratiam.* When it ſignifieth to ſtriue or contende, it hath ſometime an Accuſatiue wyth, *aduerſum*, or *contra*: as, *Summa vi contendere aduerſum, vel contra aliquem* ſometime a Datiue: as, *Hyrundo contendit cygnis*: ſometime an Ablatiue with, *cum*: as, *Iure contendere cum aliquo* ſometime an Accuſatiue with *Inter*, and an Ablatiue: as, *Verbis inter ſe contendunt*: ſometime an Ablatiue with *de*: as, *De honore contendere* When it ſignifieth to compare, it hath ſometime an Accuſatiue, and an Ablatiue with *cum*: as, *Contendere rem aliquam cum alia*: ſometime the Ablatiue is turned into the Datiue: as, *Contendere rem aliquam alteri.* And this varietie of conſtruction is not onely to be conſidered in the diuerſity of caſes, but alſo of other partes vndeclined: as, in *Emineo*, you haue, *Eminere extra terram, Eminet ante oculos, Eminet in re aliqua, Inter omnes eminet, Eminebat ex ore crudelitas, Eminet ira in ſuos, Eminet ferrum pet coſtas, Eminet è mari globus terra.* It is alſo to be noted, what Aduerbes authours do vſe with Verbes: as, *Ciuiliter contendere, Inimi-*

ciſsime atq; infeſtiſsime contendere, Palam & vehementer contendere. Morouer the phraſes of elegancie, and eſpecially ſuch as haue any good grace of Metaphor: as, *Contendere neruos ætatis & induſtriæ in re aliqua: Fores amicitiæ aperire: Fontem liberalitatis exhaurire &c.* It helpeth much alſo to the apte vſe of the Latine tong to obſerue in Verbes, with what Nownes they be well vſed: and in Nownes, what Verbes and Adiectiues they haue ioyned with them. In the Verbe *Creo,* beſyde other you haue *Aerumnas creare,* to work one miſerie: *Arbores creare,* to bring forth trees: *Carmina creata de aliquo,* Verſes made vpon one: *Commoditates creare alicui,* to worke one ſundry commodities: *Faſtidium creare,* to cauſe lothſomeneſſe: *Periculum creare,* to procure daunger &c. In Nownes alſo, as I ſayd, it is good to conſider firſt, what Subſtantiues or Adiectiues are ioyned to them as Epithetons. In the worde *Amicitia,* you haue *Condimentum amicitiæ, Conciliator amicitiæ, Fores amicitiæ, ſons, finis, exitus, ius, lex, ornamentum, ſimulatio, vinculum amicitiæ.* Alſo theſe Adiectiues *Ambitioſa, communis, pudica, grauis, excellens, infauſta, iuſta, vera, ſtabilis, ſuauis, venuſta amicitia,* with many other that for breuitie I rehearſe not. Likewiſe it hath theſe Verbes, *Comparare, contrahere, conſequi, conciliare, gignere, acquirere, parere amicitiam: conglutinare, coniungere, connectere, coniugare, conſtituere amicitiam: diſcindere, dirumpere, diſſociare, diſſuere amicitiam,* with many moe of like ſort, which diligently to marke ſhall both greatly helpe, not onely the knowledge of the righte vſe of the Latine tong, but alſo the copious enriching of the ſame. This is not only to be done in Nownes and Verbes, but in Aduerbes, Coniunctions, and Prepoſitions. In the apt vſe whereof conſiſteth a great part of the elegancy of the Latine tong. Laſt of all, a ſtudious yong man, with ſmall paynes, by the helpe of this booke may gather to himſelfe good furniture both of wordes and approued phraſes and faſhions of ſpeaking for any thing, that he ſhall eyther write or ſpeake of, and ſo make vnto his vſe, as it were a cõmon place booke for ſuch a purpoſe. As in the matter of loue and frendſhip, if he take two or three of the chiefe wordes belonging to that purpoſe, as for example, *Amicus, amo, amor,* and then conſider the wordes deriued of them, and the phraſes to the ſame belonging, there is nothing pertayning to that matter, but that he ſhall be able copiouſly to vtter it. And if he adde the ſearch of ſome moe wordes of that ſignification, as *Charitas, beneuolentia &c.* he ſhall marueilouſly enrich that common place. To ſhewe this by the example of this matter of loue or frendeſhippe, for ſo much as it is ſomewhat copious, it would be longer, than this place requireth. I wyll declare it by a matter of ſmaller vſe & copie. In yͤ feate of ſhooting you haue theſe two chiefe inſtruments, *Arcus,* and *Sagitta,* in conſidering the phraſes of which two, you may procure this ſtore and furniture: *Acer arcus,* a ſtrong or quicke caſting bowe: *Vaſtus arcus,* a lugge, or a mighty bygge bowe: *Sonans arcus,* a ringing bowe: *Arcus laxus, remiſſus, retentus,* a bow vnbent: *Arcus tentus, intentus, contentus,* a bow bent: *Sumere & corripere manu arcum,* to take a bowe in his hande: *Arcum lentare, aut curuare,* to bowe a bow, as one doth in aſſaying the ſtrength of it, before it be bent: *Arcum neruo temperare,* to ſtring a bow: *Arcum tendere, intendere, contendere, flectere,* to bende a bow: *Laxare, retendere, remittere arcum,* to vnbende a bowe: *Arcum adducere, ſinuare, lunare,* to drawe a bowe: *Arcu ſe exercere,* to go on ſhooting, to practiſe ſhooting: *Arcu telum dirigere, Dirigere arcum in aliquid, Obuertere arcum in aliquid, Tendere arcum aliquo,* to laye hys hand towarde a thing to ſhoote at it: *Emittere vel expellere arcu ſagittam, Neruo ſagittam impellere,* to ſhoote: *Petere aliquem arcu,* to ſhoote at: *Stringere aliquid arcu, Arcu ferire, infigere alicui ſagittam, Configere ſagitta,* to hyt that he ſhooteth at: *Sagitta ſtridens,* an arrowe that ſingeth as hee goeth: *Sagittæ leues, volucres, celeres,* Arrowes ſwifte of flight: *Acuere ſagittam, & aſperare ſagittam ferro vel cuſpide,* to ſette an head on an arrowe: *Armari ſagittis,* to haue arrowes by his ſyde: *Depromere & promere ſagittam,* to take forth an arrowe to ſhoote: *Corripere ſagittam,* to take forth an arrowe quickely: *Neruus per Cælum diuerberat ſagittam,* the bowe deliuereth forth the arrowe: *Sagittæ pendent à latere,* hys arrowes are by his ſyde: *Expedire alimenta arcu,* with his bow to kil beaſts or foule to liue by. There is more I graũt that may be brought to this purpoſe: but by theſe and the imitation of them, any thing well neere pertayning to yͤ feate may be vttered in good Latine. This haue I here noted at the requeſt of certayne, that by their owne laboure wythout inſtruction or helpe of maiſters trauaile to attayne the knoweledge of the Latine tong: as for other that eyther be themſelfe well learned, or haue good maiſters, as they haue no great neede of thys booke, ſo haue they no neede at all of this admonition.

Alexander Nowellus in Cooperi Theſaurum.

Congerit aſsiduo nummos, ſummoq́; labore
  Partas condit opes inuidioſa manus.
Theſauri largas magni Couperus amicè
  Pandit opes: ſtudijs pręſtat opemq́; tuis.
Non pretium, non te moles deterreat iſta:
  Eſt multò moles vtilitate minor.
Muneris authorem tanti venerare iuuentus,
  Et fruere egregij commoditate libri.

THOMAS WYKVS LINCOLNIenſis hoſpitij Socius, ad Thomam Cooperum.

Temporibus noſtris taceat iam barbarus Hortus:
  Immenſas iactet nec Calepinus opes.
Fronte gerat nigro non album, Copia, cornu:
  Ceſſet Nizolius de Cicerone loqui.
Immodica careat iam tandem laude Doletus:
  Theſaurum Stephanus nec ſuper aſtra vehat.
Tu facilè es princeps, tu, tu, Ccöpere canendus
  Pręcunctis alijs: hic liber, hic labor eſt.

Eiuſdem carmen Sapphicum.

Facta non miror ſenioris æui:
Hic nouus vincit veteres labores:
Non labor tantus numeroſa pugna
  Herculis Hydra:
Non vbi traxit Stygijs ab vndis
Horridum corpus canis inquieti.
Iſte biſsenos ſuperat labores
  Herculis omnes.
Iſte ſerpentis rabiem bilinguis
Solus Alcides premit: iſte narrat
Ter trium mentes ſtabili ſororum
  Fœdere iunctas.
Ergo cum duro præeas labore
Herculem magnum Coöpere, par eſt
Plauſus vt vaſtum reſonet per orbem
  Hercule dignus.
Quiſq́; te iungat laribus: tuumq́;
Numen & nomen ſuper aſtra tollat
Plauſibus, ludis, precibus, choreis,
  Laude, triumphis.

THOMAS VALENS LINCOLNIENſis hoſpitij Socius, ad Thomam Cooperum.

Optime multiplici florens Coöpere loquela,
  Qui patrias voces Auſoniaſq́; tenes:
Tu decus es patrię vocis, tu gloria linguæ:
  Tu facis innumeros cultiùs ore loqui.
Inſunt quippe tuo tot commoda mixta libello,
  Aequore quot piſces, Sydera quotq́; polo.
Nam pręter rerum ſpecies & ſingula verba,
  Non linguę ratio, non phraſis vna vacat.
Hinc victi ſileant, quicunq́; in honore ſteterunt:
  Et laudem ſolus temporis huius habe.
Quos etenim pręſens, quos aut videre vetuſta
  Sęcula ſcriptores, tu Coöpere pręis.
Tu Coöpere pręis, pręit & tua fama perennis,
  Fama tibi nullo diminuenda die.
Omnia nam reliquis quæ ſunt perſcripta libellis,
  Abs te ſunt vno connumerata libro.

I.A.

IA. CALFHILLVS
ad lectorem.

Lactauere Iouem nymphæ ſub vallibus Idæ:
Lactantum merces tum κέρας αἰγὸς *erat.*
Fluxit ab hoc omnis, fæcundo, copia cornu:
Copia non vlla commoditate carens.
Iuppiter iccirco ſi dictus ab orbe iuuando,
Qui fouet omne iuuans, is fouet ergo Iouem.
Copia ſic nulli deſit, qui talia nutrit
Quæ patriam fructu fertiliore iuuent.
Ergo opera, lactans Coöperus vt vbere Muſas
Exuberans cornu commoditatis habet.
Hinc, ſtudijs iuuenes, depromite commoda veſtris:
Hinc, nihil, explicitum quod cupiatis, abeſt.
Namq́; dat vberius Coöperi Copia cornu,
Illud Amalthęæ q̃ κέρας αἰγὸς *erat.*

AD LECTOREM
T. Valens.

En lector tibi nunc munera maximà
Couperus nitida quæ tibi dat manu.
Hinc diſcas meliùs verba Britannica,
Hinc diſcas meliùs verba Latinaq́;.
O fœlix labor hic palmaq́; nobilis
Couperi ſuperans nomine ſplendido
Theſauros Arabum, & diuitis Indiæ.
Couperus referens tot tibi commoda
Solus, qui patriæ tot bona detulit,
Viuens ô valeat ſecula Neſtoris.

Ριχάρδου τοῦ στεφάνου πρὸς τὸν Κώπερον ἔπη.

Πόντου πάντα ῥέεθρά τις ἂν κατὰ ῥᾶστον ἀριθμοῖ,
πάντας τ' Ὠκεανοῦ πορφυρέοιο ῥόους,
Καὶ κόνιν αἰγιαλοῦ, καὶ λαμπάδας αἰθέρι θείσας,
ἢ περὶ καλὰ τεοὺς Κώπερε καλὲ κόπους.
Τοῦτόδε δεικνύμενος μὲν ἐτύγχανες ἄλλοτε ἄλλως,
τάστ' ἄλλας γεγραφὼς, τήνδε μάλιστα βίβλον.
Ταῦτα μὲν ἂν Δοκέοι πεπονημένα Δήλου ἄνακτι,
λάμπεται ὡς γλαφυροῦ ταῖς ἀρετῇσι λόγου.
οὐδὲ ὁ ταυτὸ μοι οὔνομ' ἔχων παρὰ γείτοσι Κελταῖς
τόσσα γράφεν, σὺ μὲν οὖν τἄθλα τὰ πρῶτα φέρεις.
οὕνεκ' ἕως ἔσαι γῆ παμβασίλισσα Βρεταννῶν,
καὶ μερόπων γενεὴ, ὅσσά τε γαῖα τρέφει,
ἠελίου τ' ἀκάματον, ἀειδρόμον, εὐπρεπὲς ἄστρον,
ἄστρον ὃ λαμπροτάτοις ὄμμασι πάντα βλέπει,
καὶ πελάγους βομβῆεν, ἀμείλιχον, ἁλμυρὸν ὕδωρ,
πάντα τε παντακράτωρ ὅσσ' ἐποίησε λόγος:
οὐ θησαυρογράφου παύσουσιν ἀείδοντες ἐπαίνους
ἄνθρωποι, ἕνεκεν ὃς τάδε γράψε πάτρας.
αὐτὸ μὲν οὖν ἦμαρ φθαρέει καλὲ Κώπερε θάρσει,
πάντα τε τῶν πάντων, ἔργα τε πάντα σέο.

Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτόν.

Χαῖρε φίλη κεφαλὴ, κάρα φίλτατον ἐννέα κούραις,
τρὶς τρισὶν ἀθανάτῃς τρὶς φίλε θνητὲ θεῇς.
Τρεῖς ποτὲ πανταμάτωρ Διὸς υἱὸς ἔπεφνε λέοντας,
τὺ δὲ ἀλεξίκακος τρὶς τρισὶ παισὶ πέλῃ.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν τοῦ Κωπέρου Θησαυρόν.

Τοὔνομα Θησαυροῦ ἔλαχεν βιβλίον τόδε, κ' ὀρθῶς,
τοῖς γὰρ ἀναγνωσταῖς κέρδεα πλεῖστα φέρει.
καὶ γὰρ ὑπερβάλλει τάγε τούτου ἐντὸς ἐόντα
(ὡς, μικρὰ τῶν ἄστρων, ἠελίοιο φάος)
Χρυσόν τ', ἤλεκτρόν τε, καὶ ἄργυρον, ἠδ' ἐλέφαντα,
χρήματα τῶν Περσῶν, ἠδὲ τάλαντα Μίδου.

Price 19/8d at 9/ [illegible]

THESAVRVS LINGVAE
ROMANAE ET BRITANNICAE.

A LITERA vocalis, prima in alphabeti ſerie. Cic.

¶ A & Ab, præpoſitiones ſunt ablatiuæ eiuſdem ſignificationis, **Of or from.**

¶ A vel Ab iunctum cum verbis paſsiuis, cauſam efficientē. ſiue (vt loquuntur alij) perſonā agentē ſignificat. vt, Victus eſt à Scipione. Id eſt, vicit eum Scipio.

A meis ciuibus ea res mihi fuit honori. Id eſt. Ob eam rem honoribus affectus ſum à ciuibus meis. Cic. **My countrey men dyd me great honour: or did greatly honour me therfore.**

A nobilitate igitur periculum. Subaudi, Eſt, Impendet, Imminet, aut aliquid ſimile. Cic. **Daunger is lyke to procede from the nobilitee.**

Ab nobilitate infeſtus ager. Liu. **The noble men did vexe and hurt that countrey.**

Ab aliquo perire, Id eſt, occidi. Plin. **To be ſlaine or kylled of one.**

Ab aliquo interire. Cic. Idem.

¶ A & Ab, interdum poſtponuntur ſuis ablatiuis. Tacit. Orſus oppido à Canopo.

¶ A & ab, motum à loco ſignificant: vt, A villa redeo, ab agro, vel ab agris. **From the countrey.**

¶ A & Ab, interdum per QVVM declarantur, ſeruiūntque tempori ſignificando. vt, A paruo te noui: Hoc eſt quū adhuc paruus eſſes. **when thou waſt but yet a little one.**

Ab adoleſcentia. Cic. A prima adoleſcentia. Cic.
Ab ineunte adoleſcētia. Plaut. Cic. Ab adoleſcentulo. Cic.
Ab ineunte ætate. Cic. A prima ætate. Cic.
Ab initio ætatis. Cic. A cunabulis. Col.
A primis cunabulis. Col. Ab incunabulis. Idem. Liu.
Ab ipſis dicendi incunabulis. Quint. **From the beginning.**
Ab infante duratus. Col. Ab infantibus, Id eſt, à pueritia. Celſ. Ab infantia prima. Tacit.
Ab iuuenta. Liu. A paruis. Ter.
A paruulo. Ter. A paruulis duritię & labori ſtudet. Cæſ.
A puero & à pueris. Cic. A puero paruulo. Plaut.
A pueritia. Cic. A puſillo puero. Plaut.
A tenero & à teneris. Colum. A teneris vnguiculis. Cic.

All theſe maners of ſpeakynge ſound much a like in ſignification, and may be interpreted in this maner. Euer ſens thy youth: Euer ſens thou waſte a yonge man: Euen from the begynnynge of thy youth: Euen from thy younge yeres: Euen ſens thy ſwadlyng cloutes: Euen from thy infancie: Euer ſens thou waſte a childe: Euen ſence thou waſte a little one: From the very begynnyng of thy tender age: Euen from thy yonge and tender yeres: And merily, Sens thou waſt as hie as three horſeloues.

¶ A & Ab, finitum rei alicuius aut temporis terminum ſignificant: & ferè ſequitur ad, vel vſq; ad, aut aliquod idem pollens: vt, A principio ad finem. **From the beginninge to the ende.**

Ab auo. Terent. **Euer ſens his graundfathers tyme.**

Ab aurora. Plaut. **Euer ſens the mornyng.**

Ab ſole orto in multum diei ſtetêre in acie. Liu. **They ſtoode in the feelde from ſunne riſynge vntill it was farre daies.**

A calce ad carceres, Id eſt, a fine ad principium. Cic. **From the ende to the beginnyng.**

A capite ad calcem vſq;. Plaut. **From the crowne of the head, to the ſole of the foote: from the begynnyng to the ende: wholy, or altogether.**

Talos à vertice pulcher ad imos. Horatius. **Goodly and beautifull from the crowne of the head to the ſole of the foote.**

Ab extremo orſi. Liu. **Begynnyng euen at the vttermeſt poynte.**

A fundamento. Plaut. **Euen from the grounde of the matter.**

A fundo. Virg. **Euen from the bottome.**

Ab infimo. Plaut. **Euen from the loweſt.**

Ab humili ad ſummum. Cic **Euen from the loweſt or baſeſt to the higheſt.**

Ab illo tempore. Cic. **Euen ſens that tyme.**

Ab hora tertia bibebatur. Cic. **After three of the clocke they dranke, &c.**

Ab imis vnguibus vſque ad verticem ſummum. Cic. **From the ſole of the foote, to the crowne of the head.**

Ab initio. Cic. **From the begynnyng: at the fyrſt.**

A mane. Plaut. **Euer ſens the mornyng.**

A media nocte togatus ero. Mar. **At midnight I wyll be in my gowne ready.**

Ab ouo vſque ad mala, dixit Horatius, pro eo quod eſt, Ab initio conuiuij vſque ad finem. **From begynnynge of diner to the ende.**

Ab omni vetuſtate acceptum. Cic. **Receyued tyme out of mynde.**

A pridie Idus Sept. Plini. **From the day before the Ides forwarde.**

A prima luce. Cæſ. **From day breakyng.**

A primo lucis. Macrob. Idem.

A primo, pro A principio. Cicero. **At the fyrſte: at the begynnynge.**

A principio. Terent. Idem.

Ab ſeculo ad ſeculum viuunt. Plaut. **From age to age,**

A ſummo. Plaut. **From the toppe.**

A terra ad cælum percontari. Plaut. **To aſke or demaunde all thynges, from the begynnyng to the ende.**

A veſtigio ad verticem. Plin.

¶ Ab Sylla & Pompeio Conſulibus. Id eſt, à Conſulatu Syllæ & Pompeij. Cic. **From the Conſulſhip, or from the tyme they were Conſulles.**

¶ A & Ab ſeparationem ſignificant. Terent. Ita tum diſcedo ab illo. **I departe from.**

Longiſsimè ab occaſu patet. Plinius. **It is farre from the weaſte.**

¶ A vel Ab, pro Contra: vt nonnullis placet. Virg.

Defendo à frigore myrtos. **Agaynſte or from the colde.**

A quo periculo defendite ciuem fortem. Cic. **Kepe him from it: or preſerue him againſt it.**

¶ A vel Ab, pro Præter ſiue contra. Plin.

Id quod notaſſe, non ab re eſt. **It is not beſyde our purpoſe.**

Quæ ab re ſunt. B.

Ab re eſt remiſsior. B.

Ab re, Contra commodum. Plaut. Ab re conſulit. **He geueth vnprofitable counſayle: or, he counſayleth againſte our commoditee.**

Ab re orare. Plaut. **To deſyre that is againſt honeſtie or reaſon.**

Ab re, pro ob eam rem. Liu. Id, ab re, Interregnum appellatum. **Of the thinge it ſelfe: or for that thynge.**

Tantúmne ab re tua eſt otij tibi, vt, &c. Cic. **From thy owne affayres, or buſyneſſes.**

Non ab re. Suet. **Not without a cauſe.**

Haud ab re duxi. Liu. **I thought not from our purpoſe or vnprofitable.**

¶ A vel Ab, pro Poſt, vel ſtatim, ſeu continuò poſt. Plin. Dulciſsimum ab hominis camelinum lac. **This milke nexte after womans is ſweeteſt.**

A ientaculo. Plaut. **After breakefaſt.**

Cuius à morte hic tertius & triceſimus eſt annus. Cic. **Sens, from, or after whoſe deeth.**

Vt primum à tuo digreſſu Romā veni. Cic. **After your departure.**

A rege ſecundus. **Next in dignitie after the kyng.**

Hoſtium à tergo incurſum vidit. Liu. **Behinde him or at his backe.**

¶ A vel Ab, pro eo quod eſt Pro, vtique cũ his verbis, Sum, Sto, Facio, Dico, Ago, & ſimilibus.

A Senatu ſtat. Cic. **He taketh parte with the Senate, or he is on the Senates parte.**

Dicere ab reo. Cic. **To ſpeake on the behalfe of the party accuſed.**

Hoc totum eſt à me. Cic. **All this is of my parte, or maketh for mee.**

A nobis facit. Cic. **It maketh for vs, or for our parte.**

A tranſlatione, & contra eum qui tranſlationē inducit. Cic.

A teſtibus, contra teſtes. Ad Heren. **For witneſſes, or, in the defence of them: againſt them.**

A Platone & Ariſtotele homines. Id eſt, Academici & Peripatetici, ſiue Platonici & Ariſtotelici, Platonis & Ariſtotelis doctrinam ſequentes. Cic. **Platoniſts, Ariſtotelians.**

¶ A vel ab, pro ἕνεκα, ſiue pro, Quod pertinet ad. Cicero. Imparati cum à militibus, tum à pecunia. **Vnprouided as well of ſouldiours as of money.**

A morbo valui, ab animo æger fui. Plaut. **I was whole as touching the diſeaſe of my body: but in minde I was ſicke.**

A me pudica eſt. Plau. **She is chaſte, or ſhe is a maid for me.**

Narrat vt virgo à ſe integra etiã tum ſiet. Ter. **That the maid for him was euen then vndiſtained, or, vndefiled.**

Doleo ab animo, doleo ab oculis. Plaut. **I am greeued in minde, I am greeued in my eies, or to ſee it.**

Otioſus ab animo. Plaut. **Idle minded.**

Paratus ab exercitu. Cælius Cicer. **As touchynge his armie.**

Ab omni laude fœlicior. Cice. Id eſt, ab omnibus magis laudatur. **He is more commended in all kinde of praiſe.**

Inops eram ab amicis. Cic. **I lacked freendes, I was deſtitute of freendes.**

Nunquam à cauſis & iudiciis diſtrictior fui. Cic. **I was neuer in greater diſtreſſe, as touchynge cauſes and matters of iudgement.**

Ab hac parte reddemus vos ſecuros. Planc. Ciceroni. **As touchynge this parte &c.**

¶ A vel Ab, pro Per. Plaut. **By, or at, through.**

Ab tranſenna lumbricũ petit. Plaut. **He reacheth at a worme through the grate: prouerbially vſed, for, he is nigh dãger**

Salutem à bonis afferre. Cic. **To procure ſafegarde by the meanes of good men.**

¶ A vel Ab, pro De.

Ab oſtio omnia iſthæc audiui. Plaut. **I herde all this ſtandyng at the doore.**

Ipſa protinus à via amicum ſalutes. Mart. **Salute him in the ſtreate, or by the way as thou goeſt.**

A foris. Plin. **From without.**

¶ A vel Ab, pro Verſus, ſeu quod vulgo **Towarde** dicimus.

Quod à ſole fuit. Plin. **That was towarde the ſonne.**

Firmos omnino & duces habemus ab occidente, & exercitus. Cic. **On the weſt parte.**

A parte Aquilonis. Plin. **On the north parte.**

A dextera. Plin. **On the right hande: on the right ſide.**

Ictus ab latere. Liuius **On the ſide.**

A contraria aure inſtillare. Plin. **To droppe in at the contrarie eare.**

A vento aliquid opponere. Plin. **On the winde ſide.**

¶ A vel Ab cum ablatiuo perſonæ, eleganter domicilium ſignificat. vt, A iudice venio. hoc eſt, à domo iudicis, quod inepte dicitur De apud. **From the iudges houſe.**

Ab ea egreditur. Terent. **He commeth out of hir houſe.**

A nobis domo eſt. **Out of this oure houſe.**

Aqua à ferrario fabro. Celſ. **Out of the ſmithes forge.**

¶ A Pontio, ex Trebulano, ad quintum Idus Maii. Cic. **Out of Pontius houſe.**

¶ A vel Ab ſequente quoq; præpoſitione ad, vel ipſa ſubaudita, plerunq; vtimur, vbi ab vna re ad aliam fit tranſitus. Ter.

Ab labore ad libidinem. **From labour to luſt and lecherie.**

¶ A vel Ab nonnunquam ponitur pro Anglica præpoſitione. **at or with.**

A potu quidam prandium incipiunt. Plin. **Sum beginne their dinner with drinke.**

A fronte & A tergo. Cic. **Before and behinde.**

A pectore denudari. Cic. **To haue their breaſt naked.**

Ab exteriori parte. Celſ. **On the vtter ſide.**

¶ A verecundia. Liu. **For ſhame or through baſhfulnes or modeſtie.**

¶ Ab illo friget. Gel. **In compariſon of him.**

¶ A, Propter. vt, A metu infamiæ. Tac. **Through feare, or for feare of infamie.**

A ſpe quam ſucceſſus rerum augebat. Liu. **Through hope.**

Ab ira & odio. Liu. **Through anger and hatred.**

A ſole dolet. Plin. **It aketh with or through the occaſion of the heate of the ſonne.**

¶ Ab, pro Erga. Cic. Ab innocentia clementiſſimus. **Moſte gentle and mercifull towarde innocentes.**

¶ A vel Ab pro A parte, ſiue Ex parte. Liu. Ab Sabinis Metius **On the Sabines ſyde Metius.**

Ab Romanis tubæ cornuáque cecinerunt. Liu. **On the Romaines ſyde.**

¶ Ei teſtamento legat grandem pecuniam à filio. Cic. **He bequeathed to him by will a greate ſumme of money to be payed of his ſonne.**

¶ Ab aliqua re otium vel tempus habere. Terent. **To haue leyſure or tyme from a thynge.**

¶ A vel Ab, proximitatem loci ſignificat. Cice. Veniſſe eum à Roma. **From the partes nigh aboute Rome, and not out of Rome it ſelfe.**

Ab Roma aberat. Cic.

¶ A vel Ab, iunctum cum certis nominibus, miniſtros ſignificat. vt, à manu, à ſtudiis, à commentariis, à libellis, à rationibus, pro miniſtro vel ſeruo qui præeſt ſtudiis, commentariis, libellis, rationibus. Et in iis ſubauditur nomen SERVVS, quod interdum etiam exprimitur. Dicuntur autem per omnes caſus eadem terminatione. Recte enim roges, Quid agunt à pedibus? vt SERVI ſubaudias. Sic, Miſi à pedibus. Dedi à pedibus meis. &c. **I gaue to &c.**

Ab accidentibus.

Ab aure. **One to whome the prince reuealeth his ſecrets.**

A commentariis. **One that keepeth a princes regiſter, or cronicle of actes.**

Ab epiſtolis. Suet. **A ſecretarie: he that receiueth princes letters, and maketh anſwer vnto them.**

A latere Regis. **The princes nie friend, that doth alway accompanie him.** A libellis. **Maiſter of the requeſtes.**

A manu, A manu ſeruus, & à manibus. Suet. **A clerke at hande alwaies to write.** Ad manum ſeruus. Cic. Idem.

A pedibus, vel, A pedibus ſeruus. Cic. quod etiam Ad pedes, Martiali: & Circum pedes, Ciceroni dicitur. **A foote man.**

A ſecretis. **One that the prince apointeth to patentes or warrantes.**

A ſtudiis. Suet. **A princes ſchole maiſter or inſtructour in learnyng.**

A rationibus. Sueto. **An auditour, or maiſter of accomptes or reckenynges.**

A voluptatibus. Suet. **Diuiſar of pleaſures.**

¶ Poſitis caſtris à millibus paſſuum quindecim. Cæſ. **Fifteene myles of.**

¶ Ab illo tibi ſoluam. Cic. **I will receiue money of him, and pay you.**

Viaticum vt dem ab trapezita tibi. Plau. **That I may receiue money of the banker and geue thee thy charges.**

Ab Aulo Sextilio dicit ſe dediſſe, & à ſuis fratribus. Cice. **He ſaith he borowed money of Sextilius and his brethren and paied him.**

Perſoluere ab aliquo. Cic. **To borow of one and pay a man.**

Repræſentare pecuniam ab aliquo. Cic. **To borow money of one, and pay him ou[illegible] hande.**

Suppeditare ſumptum ab aliquo. Cic. **To borow money of one, and pay a man his charges.**

A cauda de ouo exeunt. Plin. **They come out of the egge with the tayle forwar[illegible]**

Quæcunque animal pariunt, in capita gignunt. Plin. **Bringe them foorth with the head forwarde.**

A matre pulli. Colum. **Yonge chickens from the damme.**

¶ A lenone manu aſſerere. Plaut. **T deliuer from the poſſeſſion of the baude by force: to take hir from.**

¶ Inſtructus à philoſophia. Cic. **well learned in Philoſophie.**

¶ Inuictus à labore. Cic. **Vnuincible againſte all labour: whom no labour can ouercome.**

¶ Ab exule propè eſſe. Tacit. **To be in caſe verie nie to be a baniſhed man.**

A contumelia quàm à laude propius fuerit, poſt Vitelliũ eligi. Tacit. **It will be rather reproche then praiſe to be. &c.**

¶ Ab amore ſcribere. Balbus Ciceroni. **For very loue to write.**

¶ Ab aſpectu decorus. Colum. **Goodly to ſe to.**

¶ Ab aliquo deſcribere. Cice. **To write out of an other mans worke.**

¶ A ſe aliquid promere. Cic.

A ſe aliquid facere. Cic. **Of him ſelf, or, of his owne deuiſe.**

¶ A me ſalutem dic Ciceroni. Cic. **Doo commendacions to him in my name.**

A me illos habe commendatiſsimos. Cice. **Doe me hartie commendacions vnto them.**

¶ A ſole calor. Cic. **The heate of the ſunne.**

¶ A puppi religatus. Cic. **Bounde or tyed at the hinder part of the ſhyppe.**

¶ A ſtirpe ſocius Pop. Rom. Saluſt. **A freend or confederate euen by his ſtocke or kinred, or as we ſay a frend borne.**

¶ A ſtirpe, pro ſtirpitus. Liu. **Vtterly from the roote.**

¶ Ab auro fulgorem reuereri. Lucret. **To feare the glitteringe of golde.**

¶ A limine diſciplinas ſalutare. Senec. **To haue the principles of learning onely: to be but ſclenderly learned.**

¶ Ab eo, pro Eius. Terent. Atque ab eo gratiam inibo. **I will get his fauour or freendſhippe.**

¶ Ab illo iniuria. Teren. **The iniurie that he doth.**

A me, pro poſſeſsiuo Meus. Terent. Quiſnam à me pepulit tam grauiter fores? Id eſt meas.

¶ A, interdum redundare videtur. Tacit. A metu infamiæ. **For feare of infamie.** Li. Caſtra à ſtationibus firma.

A & Ab nonnunquam deeſſe videntur. Tacitus. Neque prælium omiſit, donec deſertus ſuis cederet. Liu. Quum aſsiduè Pantauco ſtimularetur, Id eſt à Pantauco.

¶ A & ſimiliter Ab compoſitionem ingrediuntur. A, vt Amoueo, auello. Ab, vt Abigo, abduco.

¶ A & Ab, elegãter vtimur cum his dictionibus Vſque & Prope. Cic. Vſque a capitolio. **Euen from the capitoll.**
Tam prope ab domo. Cic. **So nigh from home.**

¶ A litera, nota eſt prænominis, & ſola, puncto poſtpoſito, Aulum ſignificat, hoc modo, A. Gellius.

¶ A, literam ſalutarẽ vocat Cicero pro Milone, quòd nota eſſet abſolutionis: quemadmodum C, literam triſtem, quòd eſſet condemnationis nota.

A B

Ab, præpoſitio ablatiua, Vide A.

Abacion, abacij, ſubſtan. gen. neut. idem quod Abaculus: Diminutiuum eſt ab Abax.

Abactor, Abactus, Vide ABIGO.

Abacus, ábaci, penul. breui, m. g. à geniti. Græco ἄβακος **It is a plaine place made in a building of ſtone to ſitte on. a ſeate or benche of marble.** Plin. **Alſo a ſquare table of ſtone ſet vpon the chapiters of pillars in building.** Vitruius. **Alſo a counting table, ſuch as auditours or Arithmetricians dooe vſe, or, Aſtronomers deſcriue their figures in.** Martian. **A cheſt bourde, or plaiynge tables.** Macrob. **A cupbourde to ſet plate vpon.** Iuuen. Totos dies abaco & latrunculis conterunt. **They ſpende hole daies in plaiyng at tables or cheſtes.**

Abacus ſolis: **The breadth or compaſſe of the bodie of the ſunne as it appereth to our ſight.** Cælius.

Abaculus, li, diminu. **A counter or other like thinge, that men doo caſt reckeninges with.**

Abalieno, abalienas, pen. pro. abalienâre. Cic. **To alienate: to geue ouer to an other: to put or turn away: to make ſtraunge: or to withdraw [illegible]ans minde from him.**

¶ Abalienare ab aliquo alterum. Cice. **To turne ones mind from an other man.**

Totũ ſe a te abalienauit Dolabella. Cice. **Dolabella hath cleane withdrawen him ſelfe from you.**

Abalienare voluntatem alicuius a ſe. Cice. **To turne a mans harte from him.**

Abalienari ab aliquo. Plaut. **To be ſeperated from one.**

¶ Abalienare & Retinere, contraria. Cic. Quos fouendo in cõmuni cauſa retinere potuerunt, inuidendo abalienarũt:

Abalienatus, Participium. Cic. **Alienated.**

Abalienati iure ciuiũ, pro A iure. Liu. **Diſfrãcheſed.**

Abalienata membra. Quintil. **mortified or benummed.**

Abalienatio, abalienationis. Verbale. **An alienation.**

Abambulantes, Abſcedentes. Feſtus.

Abamita, abámitæ, pen. corr. **The great graundfathers ſiſter.**

Abanec, peregrina dictio, **A girdle which prieſts did weare, ſo wrought with colours of ſcarlet and purple, that there ſemed to be ſet in it flowers and precious ſtones.**

Abaptiſtum, ti, **An inſtrument that ſurgians vſe.**

Abaphus, Adiectiuum, pen. corr. id eſt non tinctus. **Vndied.**

Abarceo, abarces, abarcui, Prohibeo. Feſtus. Alij ſcribunt Aberceo, vt Coerceo.

Abauus, ábaui, pen. corr. Cic. **A great graundfather.**

Abáuia, abáuiæ. **The great graundmothers mother.**

Abauunculus. **The great graundfathers brother.**

Abax, ábacis, pen. cor. f. g. **The caſe wherin plate is kept.**

Abba, dictio Syra eſt, ſignificans patrem.

Abbatiſſa, abbatiſſæ, **An abbeſſes.**

Abbatia, abbatiæ, **An abbey.**

Abbreuio, abbreuias, abbreuiare. Veget. **To abbreuiate or make ſhorte.**

Abbreuiatura, æ, f. g. **An inſtrumẽte of a notarie or lawier briefely drawen.**

Abdico, ábdicas, pen. corr. abdicâre. **To reiecte: to refuſe: to forſake: to expell or put out of fauour: to reſigne an office.**

Abdicare legem, Abrogare, Plin. **To abrogate or fordoe a lawe.**

Abdicare magiſtratũ. Sa. **To reſigne or geue vp an office.**

Colophonia. The hearbe Scammonium, out of the roote diſtilleth a gumme called Diacrydion which is a vehemẽt medicine to purge choler, like as the hearbe it ſelfe is.

Color, huius colôris, maſc.gen. A colour: the externall face or beautie of a thynge. A cloke or pretence.

Colos ab antiquis dicebatur.Plin.

Bonitas coloris.Cic. Crebra coloris mutatio.Cic.

Aureus color barbæ.Ouid.

Color croci.Lucret. Saffron colour.

Lucis color.Seneca.

Operum colores Horat. The ornamentes of.

Veritatis color.Cic. Vrbanitatis color.Cic.

¶ Aduſtior color. Vide Aduſtior, in ADVRO.

Albus color.Cic. Amethyſtinus.Plin. Violet colour.

Ardentiſsimus. Vide ARDEO. Aridus. Vide AREO.

Ater.Ouid.

Aureus. Vide AVRVM. Auſterus. Vide AVSTERVS.

Blandus. Vide BLANDVS. Bonus. Vide BONVS.

Buxeus. Vide BVXVS. Boxen colour.

Candens.Vide CANDEO.

Candidus.Vide CANDEO. Cereus.Vide CERA.

Ceruinus.Vide CERVVS. Cinereus. Vide CINIS.

Citrinus.Vide CITRVS. Coracinus.Vide CORAX.

Corneus.Plin. Crocinus.Vide CROCVS.

Cymatilis.Vide CYMA. Decens.Horat. Comely.

Deterrimus.Virg. Very naughtie.

Dilutus color. Plin. A weake colour not perfitly layed wyth ſufficient ſtuffe.

Egregius color.Cic. Elegantioris coloris gratia.Plin.

Flammeus color.Plin. Bright ſhinyng colour.

Floridi colores.Plin. Floryſhyng : liuely.

Exanguis color.Ouid. Pale : deadly.

Fucatus.Horatius. Made with peyntyng.

Fuſcus.Ouid. Darke : browne.

Herbidus color.Vide HERBA.

Hyalus color.Virg Greene as glaſſe.

Igneſcens,Igneus. Vide IGNIS.

Langueſcens,Languidus.Vide LANGVOR.

Lentus. Vide LENTVS.

Liquidus. Horat. Moyſte, tempered with uſe as peynters vſe.

Luridus.Vide LVRIDVS. Luteus Vide LVTVM.

Marmoreus.Lucret. Melior.Vide BONVS.

Memnonius color, Niger intelligitur apud Ouidium.

Melleus.Plin. Yealow as honey.

Miſti colores.Celſ.

Molochinus.Vide ſuo loco.

Murrhinus.Vide MVRRHA.

Natiuus.Vide NASCOR.

Niueus.Horat. Nubilus color.Vide NVBES.

Obſoletus. Vide OBSOLEO.

Olorinus.Vide OLOR. Omnigenus.Vide OMNIS.

Pheniceus.Lucret. Scarlet. Pulcher.Lucret.

Puniceus.Lucret. Purpureus.Virg.

Satur,abundans,largus.Virg. A perfit colour full charged.

Saturatior.Plin.Idem. Mortis ſimilis color.Senec.

Spumens.Plin. The colour of fome.

Surdus.Plin. A darke colour.

Suauis.Cic. Pleaſant : amiable.

Tetri colores.Lucret. Fowle and vnpleaſant.

Theſſalicus color.Lucret. Purple.

Tyrius color.Horat. Purple.

Varians.Plin. Changeable.

Verecundus.Horat. Redde bluſſhyng.

Verni colores.Valer.Flac.

Validus hominis color.Plin. A good and liuely colour.

Viridis.Ouid. Greene.

¶ Mille coloribus arcus.Virgil. The rayne bowe.

Conſpicuus colore albo.Vide CONSPICIO.

Nitidus ſuo colore.Quint.

Accipere colorem.Plin. To take a colour.

Amittere colorem.Ouid. To leſe the colour.

Accommodare cuique colori actum ſuum.Quintil.

Rebus nox aufert colorem.Virg.

Commutare colorem.Plaut.

Colores qui aciem compungunt. Lucret. Bryght colours hurtynge the eyes.

Sine colore conſiſtere.Cic. To be pale.

Conſtat color & vultus.Vide CONSTO.

Contactus colore aliquo.Lucret. Steyned with.

Non credendum colori. Virgil. Wee muſte not haue affiance in beauty.

Dare colorem rei.Quintil. Diſtincti colores.Catul.

Colorem ducere.Quintil. To take colour.

Eluere colores.Quintil. To waſhe or take away the colours.

Errant varij colores in uultu.Virg. His colour goeth & cōmeth.

Euaneſcit color.Lucret.

Excidit illi color.Ouid. His colour is fallen away.

Fuſcare colorem.Ouid. To make duſke.

Imbutus colorem aliquem.Lucret. Steyned with.

Incurſat color alteri colori.Vide INCVRRO.

Inducere colorem alicui picturæ. Vide INDVCO.

Non fuco illitus,ſed ſanguine diffuſus inſidere debet color. Cic. Sette, by payntyng.

Mentiri colorem fuco.Virg. To counterfeyte the colour by payntyng the face.

Migrare in alium colorem. Lucret. To change into an other colour.

Mutare colorem.Plin. To change his colour.

Nectere colores.Id eſt,res coloratas.Virg. To ioyne thinges of dyuers colours.

Pallere multos colores. Vide Palleo in PALLOR.

Colores qui oculos paſcunt.Lucret. Colours delightyng,&c.

Percoctus color.Lucret. Burnte in the ſunne.

Perdere colorem.Ouid. Recipere colorem.Quint.

Rubent prata nouis coloribus.Virg.

Spargere coloribus aliquid. Virgil. To peynte with diuers colours.

Claro ſplendere colore.Lucret. Sumere colorem.Ouid.

Tueri colorem exercitatione corporis.Cic. To preſerue his colour.

¶ Color, per tranſlationem pro Prætextu.Quint. A colour: a pretence.

¶ Color,Species.Virg. The beauty and externall forme.

Flos & color.Cic.

Color ciuitatis.Cic. Amiſimus colorem & ſpeciem priſtinam ciuitatis. Wee haue loſt the auncient beautie and goodlyneſſe of.

Dicendi color. Quint. The beautie of eloquence.

Vitæ color. Horat. The maner of our lyfe in proſperitie & aduerſitie.

¶ Colores rhetorici apud Ciceronem vocantur ornamenta orationis, hoc eſt figuræ,quæ à Græcis ſchemata appellantur. Fygures and ornamentes.

Tragicus color.Horat.

Dicere aliquid loco coloris.Quint.

Habitum orationis, & quaſi aliquem colorem requirere. Cicero.

Colores quæ Media defenſionũ vocantur à forenſibus.Quint. Colourable proufes.

Colôro,colóras,pen.prod.colorare. Plin. To colour : to pretence.Vale.Max.

Colorari,de homine & oratione.Cic.

Coloratus arcus ex nubibus.Cic.

Coloratæ vuæ Columel.

Colorata oratio, Coloribus oratorijs decorata & ornata. Cicero.

¶ Coloratus.Senec. Peynted : coloured.

Colorari ſole.Senec. To be ſteyned with the ſunne.

Coloratior.Plin. Hauyng more colour.

Colorius, Adiectiuum:vt Coloriæ veſtes. Made of wull died.

Colorificus. That coloureth or maketh colour.

Colos. The fundament.

Coloſſus, coloſſi, m. gen.Plin. An exceedyng greate image made for the honour of any perſon, as in Rodes was 70.cubites hygh. Strab.

Coloſſeus, pen.cor. Adiectiuũ.Plin. In forme of ſuch images.

Coloſſeum ſe pingi iuſſit.Plin.

Coloſſicus,pen.cor.Adiectiuum.Idem.Plin.

Coloſſica onera.Vitruuius. Great and heauy burdens.

Coloſtrum, coloſtri,vel coloſtra, coloſtræ. Plinius. The firſt milke that commeth in teates after the byrth of yonge, be it in woman or beaſt: Beeſtynges.

Coloſtrâtus,pen.prod.Adiect.vt Coloſtrati infantes.Plin. Chyldren ſuckyng the mothers firſt cruddy milke.

Coloſtrátio.Plin. A diſeaſe commyng to yonge ones by ſuckynge that mylke.

Coluber, cólubri,pen.cor.m.g.Plin. A ſerpente lyyng in the ſhadow of woods. It may be vſed for an adder or ſnake, although the properties agree not.

Breues colubri.Ouid. Longi.Virg. Niuei.Ouid.

Venenati.Lucret. Virides.Horat.

Paſtus mala gramina coluber.Virg.

Crinita colubris Meduſa.Ouid. Hauyng ſnakes in ſtede of heare.

Torquata colubris Alecto.Ouid. Hauing a chain of ſnakes.

Vallata colubris hydra.Lucret.

Villoſa colubris guttura.Ouid.

Colubra etiam genere fœminino dicitur. Celſus.

Erebêa colubra. Ouid. Infernall.

Mutilatæ cauda colubræ. Ouid.

Colubræ cæcæ. Columel. wourmes in mens bealyes.

Colúbrifer, penult. cor. Adiectiuum: vt Colubriferum monſtrum. Ouid. Bearyng a ſnake.

Colum, coli. Virg. A ſtrainer: a colander: a ſtrainer for wine, made of eares.

Colum niuarium. Martial. Vide Niuarius in NIX.

¶ Colum, eſt etiam genus morbi. Plin. Idem quod COLON. Vide ſupra. The colike. Coli tormenta. Plin. Idem.

¶ Colum, pro Membro orationis. Vide COLON.

Columbus, columbi, m. g. & Columba, columbæ, f. g. A culuer: a doue.

Par columbarum. Ouid. A couple of.

Blanda columba. Ouid. Gentle.

Cellares columbi. Colum. That breede in culuer holes.

Cithereiades columbæ. Ouid. Dedicate to Venus.

Dioneæ columbæ. Stat. Idem.

Imbellis columba. Horat.

Molles columbæ. Horat. Pauidæ. Valer. Flac.

Placida columba. Ouid. Plaudens alis columba. Virg.

Præcipites columbæ. Virg. Swifte fleeyng.

Torquata columba. Vide Torquatus in TORQVES.

Volucris columba. Virg. Swifte.

Farcire columbos. Colum.

Columbárius, columbárij. Varr. He that keepeth a doue houſe.

Columbárium, columbarij, neu. ge. & Columbaria, columbariæ, fœm. gen. Colum. Varro. A pigeon houſe: a doue houſe.

¶ Columbarium. Varro. A culuer hole.

E columbarijs egerere ſtercus. Colum. To clenſe the doue houſes.

Columbâris, & hoc columbâre, pen. prod. Of a pygeon. vt Columbare ſtercus. Colum. Pygeons dunge.

Columbar apud Plautum, Genus vinculi eſt, teſte Priſciano.

Columbatim. Lyke a doue.

Columbînus, Adiectiuum, pen. prod. Idem quod Columbaris. Varro. Of a pygeon.

Ouum columbinum. Horat. A pygeons egge.

Pulli columbini. Cic. Yonge pygeons.

Stercus columbinum. Colum.

Columbina terra. Plin.

Colúmbulus, colúmbuli, pen. cor. m. gen. Diminut. Plin. iunior. A littell doue.

Albulus columbulus Dionæus. Catul.

Columella, Vide COLVMNA.

Columellares, Dentes caninis proximi. Plinius. Varro. The cheeke teeth.

Columen, pen. cor. huius colúminis, à columus, id eſt culmus. Varro. The wynde beame of a houſe.

Columen in ſummo faſtigio culminis ponitur. Vitruuius.

Alta columina. Catul. High mountaynes.

¶ Columen. The ſtay and ſuccour of a thyng.

Columen familiæ. Terent. The ſtay of our houſe.

Amicorum Antonij columen Cotyla Varius. Cic. The chiefe of Antonies freendes.

Columen Aſiæ, Troia. Seneca. The ſtay or chiefe citie.

Columen nauis. Valer. Flac.

Columen Reipub. Cic. The ſtay and ſuccour of.

Rerum mearum columen. Horat.

Columen actionis. Cic. The head of all the accuſation.

Id enim quaſi caput & columen impenſarum eſt. Columel. The chiefe and principall poynte of our charges.

Partium columen gaza. Tacit. Columen Senati. Plaut.

Columis, & hoc cólume, pen. cor. Plaut. whole: ſounde.

Columna, huius columnæ. A columne or piller.

Excelſa columna. Cic.

Immanes columnas rupibus excidere. Virg. To cutte out exceedyng greate pillers.

Nobiles varijs maculis columnæ. Senec.

Purpureæ columnæ. Claud.

Rigidæ columnæ. Ouid.

Truncæ columnæ. Valer. Flac.

Vaſtis innixa columnis templa. Ouid. Standyng vpon huge pyllers.

Columnis tectum ſublime. Virg.

Ad columnam adhæreſcere. Cic.

Rectas columnas è regione collocare. Cic.

Commotæ columnæ. Cic,

Dealbatæ columnæ. Cic. whyted.

Dealbare tanta pecunia columnas. Cic.

Deiectæ, eiſdémque lapidibus repoſitæ columnæ. Cic. Caſte downe and made agayne, &c.

Aedificare columnas. Cic.

Efficere columnam ab integro nouam. Cic.

Effulta columnis atria. Claudian. Stayed vpon.

Ad perpendiculum columnas exigere. Cic. To trie by the plumme rule.

Euerſio execratæ columnæ. Cic.

Extrinſecus inaurata columna. Cic.

Inſculptum in columna. Plin.

Locare columnas. Cic. Politæ columnæ. Cic.

Reciſæ columnæ. Horat. Sublimes columnæ. Ouid.

Scapus columnæ. Vitr. The body of the piller.

Capitulum columnæ. The toppe or chapiter of the piller.

Spira vel baſis columnæ. The foote of a piller.

Columnella, columnellæ, Diminut. Cæſar. A littell piller.

Columella, Diminutiuum aliud. Cic. Idem.

Columella ferrea. Cato. Eminens columella. Cic.

¶ Columella. Mart. The chiefe ſeruaunt of the houſe.

Columnâtus, pen. prod. Adiectiuum. Varro. Hauynge many pillers.

Colurnus, Adiectiuum: vt Veru colurnum. Virg. Made of the tree Cornus.

Colus, coli, f. gen. vel Colus, huius colus, quartæ declinationis. Cic. A diſtaffe.

Colus, etiam maſc. gen. Colus molli lana amictus. Catul.

Parcarum coli irreuocabiles. Senec.

Ambitioſa colus. Claudian.

Plenas exonerare colos. Ouid. To ſpinne all the flaxe of frō the diſtaffe.

Colo vitam tolerare. Virg. To lyue by ſpinnyng.

Seuera colus Parcarum. Claud.

Colus, li, m. g. A kynde of torture.

Colutea, Arbor ſylueſtris apud Theophraſtum. The tree after ſome called Sene, but other thinke it not the right Sene.

Colyceæ, colycearum, Specus quædam in quibus aphronitrũ inuenitur, teſte Plinio. Caues wherin ſaltepeter is founde.

Colymbades, penult. corr. Plin. Oliue bearies condite in pickle or bryne.

Colyrides Small loues lyke manchets.

Coma, comæ. Cic. A buſhe of heare: the boughes and leaues of trees.

Aureæ comæ. Catul. Breuior coma. Seneca.

Calamiſtrata. Vide CALAMISTRVM.

Cana. Seneca. Criſpa. Sil.

Diuidua. Ouid. Fera. Seneca.

Flaua. Horatius. Flauentes comæ. Ouid.

Flexilis coma. Valer. Flac. Formoſæ comæ. Ouid.

Hirſutæ. Ouid. Hirtæ. Senec. Horrentes. Senec.

Nulla lege iacens coma. Seneca. Hangyng looſe aboute hir ſhoulders.

Intonſa. Cic. Not ſhauen or notted.

Iouſtæ acu comæ. Vide ACVS.

Laceræ comæ. Senec.

Læuis coma pectine. Ouid. Smooth with kymbynge.

Lanea coma. Stat.

Libera nodo coma. Seneca. Not truſſed vp.

Longæ comæ. Ouid. Madens coma. Cic.

Mœſtæ ſqualore comæ. Claud.

Mollis coma. Seneca.

Natiua. Ouid. Odoratæ comæ. Ouid.

Populeæ comæ. Ouid. The braunches of poplars.

Promiſſæ. Liu. Longe. Recta coma. Sen. Streite heare.

Reſupinæ comæ. Stat. Rigidæ. Senec.

Rutilatæ. Liu. Yealow.

Sibila coma. Valer. Flac. Blowen with wynde.

Spiſſa. Horat. Sparſa. Sil.

Splendidæ comæ ſenectæ. Senec. white heares.

Squalens coma. Stat. Squalida. Seneca.

¶ Abſciſſæ comæ.Virg.
Arrectæ horrore comæ.Virg. **Staryng for feare.**
Aſtrictæ comæ.Ouid.
Attollere comas.Seneca.
Cinctum eſſe comis.Ouid.
Cogere nodo comas.Senec. **To tye vp.**
Compoſitæ comæ.Ouid. **Trimmed or ſet in order.**
Comas comere.Ouid. Comptæ comæ.Horat.
Culta coma.Valer.Flac. **Dreſſed and trimmed.**
Decidunt comæ.Horat.
Defluxere comæ tactæ medicamine.Ouid. **His heare fell.**
Deprimere comas horrentes.Senec. **To kembe downe his ſtaryng head.**
Diffundere comas.Virg. **To caſt looſe.**
Inornatas comas dilaniata.Ouid.
Diriguere comæ.Ouid. Diſiecta comas fœmina.Ouid.
Effuſæ comæ.Ouid.
Horror comas erexit.Ouid. **Feare made his heare to ſtare.**
Exornare comas.Senec. **To trimme.**
Expedire comas.Stat. **To vntie hir heare.**
Exuere comam vittis.Stat. **To put of hir hearelace or fillet.**
Fingere comas, Vide paulò pòſt, Soluere comas.
Frangere comam in gradus.Quint. **To tourne or ſet the heare in facion of greeſes.**
Iactæ temerè comæ colla perfundunt.Senec.
Implicare comam manu. Virgil. **To wrappe his hande in hir heare.**
Implicare comas ſertis. Tibul. **To ſette garlandes vpon ones head.**
Intonſa coma.Seneca. Inornatæ comæ.Ouid.
Inuolitant humeris comæ.Horat. **Hir heare flieth aboute hir ſhoulders.**
Inuoluere comam.Sil. **To wrappe in.**
Honor comæ nunquam labentis.Stat. **The beauty of a heare neuer fallyng.**
Lacerare comas.Senec. **To rente or teare.**
Flamma innoxia lambit comas. Virgil. **Softly toucheth his heare.**
Laniare comas.Lucan. **To teare.**
In patulas luxuriare comas. Ouid. **To caſt many greate braunches.**
Nectere comam myrto.Ouid. **To ſet on a garlande of mirtle.**
Nexæ comæ.Ouid.
Neglecta coma.Ouid. Nigrantes comæ.Seneca.
Nodare comas.Claud. **To tie vp.**
Nutrire comas.Valer.Flac. **To trimme or ſette muche by his buſhe: to let grow.**
Obnubere comas.Stat.
Ornare comas fuco.Tibul. **To colour.**
Pectere comas.Ouid. Permulcere comas.Ouid.
Ponere comas in ſtatione.Ouid. **To lay in order.**
Ephebi nondum poſitis comis.Seneca.
Premunt vittæ comam.Senec. **The fillet faſteneth.**
Preſſare comas.Stat. Prominet coma in vultus.Ouid.
Radiante coma ſurgit Titan.Senec. **wyth gliſteryng beames.**
Raptari comis.Ouid. **To be drawen by the heare.**
Recompoſitæ comæ.Ouidius.
Reddita comis ſua cura.Valer.Flac.
Religare comam Horat. **To bynde vp.**
Renodare comam.Horat.
Rigent comæ terrore.Ouid. Ruptæ comæ.Ouid.
Sciſſa coma.Virg.
Soluere comas, & Fingere comas, id eſt componere, contraria. Senec. **To vndoe, and to dreſſe vp the heare.**
Sparguntur comæ per caput.Ouid.
Steterunt comæ.Virg. **Stared: ſtoode an ende.**
Stringere comas vittis.Virg. **To tye or truſſe vp.**
Ligatas comas auro ſubſtringere.Lucan.
Succincta comas, hirſutáque vertice pinus.Ouid.
Tonſa coma.Virg. **Notted.** Trahere alicui comam.Virg.
Variare comas poſitu.Ouid. Velare comas.Virg.
Velatæ comæ.Virg. Vincti comas fronde.Horat.
¶ Coma per metaphoram etiam de arboribus, fruticibus, arundinibus, atque etiam herbis dicitur. Plin. **The braunches & leaues of trees or hearbes.**

Arborum comæ.Horat. Arboreæ comæ.Ouid.
Nemorum comæ.Horat. **The braunches.**
Papauereæ comæ.Ouid. **The braunches of popie.**
Decutere comas.Virgil. **To make leaues fall of trees: to make bare.**
Poſuit arbor comas.Virg. **The leaues be fallen.**
Comam recidunt ſyluis hyemes.Senec. **wynter maketh the leaues fall from the trees.**
Comam reuocat ſyluis æſtas. Seneca. **Summer bryngeth leaues of trees agayne.**
Tonſa comas arbos.Ouid. **A tree lopped.**
Tremefacta coma arboris concuſſæ.Virg.
Comans, comantis, Participium ſine verbo. **Hauynge longe heare.**
Equorum colla comantia.Virg. **wyth longe manes.**
Crines comantes.Sil. Criſtæ galeæ comantes.Virg.
Equæ comantes.Plin. **wyth longe manes.**
Comans galea.Virg. **An helmet with a plume of fethers: in olde time, with a beaſtes tayle.**
Comans humus.Stat. **Hauyng longe graſſe.**
Iuba equi comans.Gell.
Iugum ſyluæ comans.Valer.Flac. **Full of leaues.**
Narciſſus ſera comans. Id eſt, ſerò flores habens.Virg.
Ore comanti ruere ſupra quidpiam.Valer.Flac. **with his face couered with heare.**
Pectora comantia.Valer.Flac. **Heary breaſtes.**
Pellis villis comans.Valer.Flac.
Setæ hircorum comantes.Virg.
Comans ſtella.Ouid. **A blaſing ſtarre.**
Syluæ comantes.Valer.Flac. **Full of leaues.**
Tori ceruicis leonis comantes.Virg.
Comâtus, pen.prod. Participium: ſine verbo.Plin. **That hath a greate buſh of heare: that hath braunches and leaues.**
Comatulus. **A boy with a trimme buſhe of heare.**
Comôſus, penu.prod. Adiectiuum. **Hauyng a greate buſhe.**
Comoſa herba.Plin. **Full of braunches.**
Comoſiſsimus, Superlatiuum.Plin.
Como, comis, compſi, comptum, cómere. Terent. **To kembe or decke the buſhe: to apparayle gorgeouſly: to trimme: to attyre: to pike: to make gay properly in women.**
Pectine aurato comere aliquem.Sil.
Capillos comere.Sil. **To kembe the heare.**
Caput cómere.Tibul.
Colla genáſque comere.Stat. Comere comas.Ouid.
Criſtas comere.Stat.
Equos comit auriga.Stat. **Kembeth his horſes.**
Opus comptum.Tibul. Comere ſe.Tibul.
Viri compti.Ouid. **Trimme and fine.**
Vultum comere.Stat.
Comptus, Participium, Ornatus, compoſitus. Virg. **Decked: trimmed.**
Dolorem ſimulatum compta Cleopatra, id eſt, dolorem ſimulans.Lucan.
Comptus, huius comptus, Nomẽ verbale.Lucret. **Trimme deckyng in apparayle.**
Comaginum, ni, n.g. **A certayne oyntment or medicine.**
Comans, Vide COMA.
Comarus, pen. cor. Pomi genus, quod Latinè Vnedo dicitur, arbutus alio nomine.Plin. **A kynde of appels ſo vnpleaſant, that but one can be eaten at once.**
Comatus, Vide COMA.
Combibo, cómbibis, pen. cor. cómbibi, combíbitum, pen. cor. combibere.Plin. **To drynke together: to ſucke or drynke vp.**
Ara cruorem combiberat.Ouid. **Dranke vp.**
Lachrymas combibere.Ouid. Luxus combibere.Sil.
Venenum combibere.Horat.
¶ Combibere artes, per tranſlationem.Cicer. **To learne ſciences.**
Os combibit maculas.Ouid. **The face keepeth ſpottes.**
Combibor. Paſsiuum.Ouid.
Cómbibo, combibônis. maſc.gen.Cic. **A companyon in drynkynge: a potte companion.**
Combretum, pen.prod.Plin. **An hearbe called of apothecaries Volubilis, growyng in the botome of riuers thicke like moſſe.**

moſſe or a ſpunge, a leafe like Smilax, **a flower like a white lilye.**

Comburo, combûris, pen. prod. combuſsi, combuſtum, combúrere. Cic. **To burne or conſume with fyre.**

Iudicio comburere aliquos. Cic.

Impetu magno comburere aliquid. Lucret.

Subſellia comburere. Cic.

Viuos aliquos comburere. Cic.

Combuſtibilia. **Thinges that may be burned.**

Come, Herba. Plin. **An hearbe called goates bearde.**

Comedo, penult. corr. comes, comeſt: vel cómedis, comédi, pen. prod. comêſum, penult. prod. vel comeſtum, comédere, vel comeſſe. Cic. **To eate: alſo to conſume riotouſly.**

¶ Comedere aliquem, bona alicuius, nummos, rem ſuam, per tranſlationem dictum, pro Conſumere. Plaut. Terent. Cic. **To eate out of houſe and home: to waſte & conſume his ſubſtance, money, &c.**

Patrimonium comedere. Cic. **To conſume in riote.**

Comedere beneficia alicuius. Cicer. **To forgette or not to haue in remembrance the pleaſures one hath done him.**

Comeſſe, pro Comedere. Plaut. Cic.

Comeſſem, pro Comediſſem. Catul.

Comeſt, pro Cómedit. Varro.

Comedim, pro Comedam, veteres dixerunt. Plaut.

Coméſus, pen. prod. Participium. **Eaten vp: waſted: riotouſly conſumed.** vt, Comeſum patrimonium. Cic.

Comedendus. Horat.

Comeſtûra, huius comeſtúræ, pen. prod. Cato, Hæc ſeptem habet bona in comeſtura. **In the eatyng of it.**

Cómedo, huius comedônis. Varro. **One that eateth and conſumeth all his goods: a waſtfull glutton: a bealie maiſter.**

Cómedus, di. Idem.

Comeſſor, comeſſâris, comeſſari. Sueto. **To bankette after ſupper: to eate riotouſly.**

Comeſſatum omnes venitote ad me. Plaut.

Intromittere comeſſatum. Cic.

Comeſsâtio, Verbale. Sueton. **A rere ſupper: a riotous banket.**

Libidines, amores, adulteria, conuiuia, comeſſationes, cantus, ſymphoniæ. Cic.

Turpe conuiuium, amor, comeſſatio, libido, ſumptus. Cic.

Tempeſtas comeſſationis, aut comeſſatio tempeſtatis. Cic.

Comeſſâtor, pen. prod. Verbale. Cic. **A riotous banketter: a reuellar.**

Comeſſâbundus. Liu. **That vſeth to goe a reuellyng.**

Temulento agmine comeſſabundus inceſsit. **As a reuellar and banketter with a drunken rowte abont him.**

Comeſſans, comeſſantis, Idem quod comeſſâtor. Curtius.

Modo comeſſantium aliquid agere. Liu.

Comedum, bona ſua conſumentem, antiqui dixerunt. Feſtus.

Comes, huius cómitis, pen. corr. com. gen. Vlpian. **A companion: a felow: alſo an earle.**

Belli comes. Stat. **A companion in warre.**

Multarum deliciarum comes eſt extrema ſalutatio. Cic.

Frigida aura comes formidinis. Lucret.

Fortunæ comes. Ouid.

Comes fugæ paternæ. Liu. **That fledde with his father.**

Fugæ comitem aliquem habere. Seneca.

Socius atque comes tum honoris tum etiam calamitatis. Cic.

Imperij alicuius comes. Senec. **Rulyng with him.**

Comes itineris. Plaut. **He that iourneieth with one.**

Itinerum, nauigationum, laborum, & periculorum omnium alicuius tempore miſerrimo comes & ſocius. Cic.

Patriæ laudis comites. Sene. **Folowers of their fathers vertue and renoume.**

Mortis comites & funeris atri. Lucret.

Operis comites. Ouid.

Omnes artes, comites ac miniſtras oratoris eſſe. Cic.

Pauoris comes. Cic.

Sedendi comes. Cic. **He that ſitteth with one.**

Veris comites, animę Thraciæ. Hora. **windes blowyng in the ſpryng time.**

Viæ comes. Seneca. **A companion by the waye.**

Virginitatis comites. Ouid. **The preſeruers of virginitie.**

Angor aſsiduè comes malis. Lucret.

Diſcordia comes regni ſocijs. Stat. **Diſcorde is alway where many reygne.**

Genius comes. Horat. **Our good angell.**

Dira fortunæ comes, libido. Senec.

Cateruæ comitũ. Lucr.

Manus comitum. Stat. **A bende of companions.**

Pars vna comitum. Ouid.

Princeps comitum. Ouid.

Strepitus comitum. Virg.

Turba comitum. Seneca.

¶ Aſsiduus comes. Senec.

Atra comes, cura. Horat.

Exterior comes. Horat.

Fidus comes. Tibull.

Impiger comes. Stat.

Gratiſsimus comitum. Ouid.

Noui comites. Virg.

Officioſa comes. Ouid.

¶ Abnegare comitem. Horat. **To refuſe a companion.**

Addere ſeſe comitem alicui. Virg. **To accompanie himſelfe with one.**

Adiungere ſe comitem fugæ. Cic. Idem.

Circundare láteri comitem. Ouid.

Complecti aliquem comitem in caſus omnes. Virg.

Deſtituere comitem. Ouid.

Ducere comites. Horat.

Educere comites aliquó. Horat.

Gradi comes alteri. Virg. **To goe with.**

Ire comitem alicui. Virg. Idem.

Mittere aliquò quempiam comitem alij. Virg.

Negare comitem. Ouid. **To refuſe to accompanie.**

Mirificum ſe comitem præbere. Cic.

Comitem ſe præbere furoris alterius. Cic. **To accompanie in enterpriſing ſome furious acte.**

Terga ſequentes comites. Ouid.

Spernere aliquem comitem. Virg.

Venire alicui comitem. Ouid.

¶ Comes relatum ad ducem. Cic. **He that foloweth.**

Ipſe caſus euentúſque rerum, non duces, ſed comites conſiliorum alicuius. Cic. **But ſuch as will folow.**

Comes, relatum ad principem. Cicero. **He that foloweth or obeyeth.**

Comitem Platonis ſe profitetur. Id eſt, ſectatorem. Plin. **To be a folower of Plato.**

¶ Comes conſilijs alicuius. Plaut. **He that is made partaker of ſecretes.**

Dulcis ſecretorum comes. Quintil.

¶ Comites iudicum. Cic. **Liuetenants, prouoſtes, treaſurers: ſecretaries, and ſuch other as accõpanied the chefe gouernours of prouinces. Alſo, aſſiſtents to iudges in common affayres.**

¶ Largitionum comes. **Maiſter of the emperours giftes, as it were an amner.**

Comes domorum. **Maiſter of the houſholde in a princes courte.**

Comes horreorum. **The ouerſeer of the graner and bakehouſe for prouiſion of bread in a princes houſe.**

Comes laborum. **Ouerſeer of the worke men.**

Comes rerum priuatarum. **He that the emperour truſteth in the ouerſight of all priuate matters.**

Comes ſtabuli. **Maiſter of the horſes.**

Cómitor, pen. cor. comitàris, comitári. Sueton. **To accompanie or goe with: to kepe felowſhip with: to folow.**

Fuga aliquem comitari. Virg.

Comitari currum. Sueton.

Comitari exequias. Plin. **To accompanie ones funerall, to goe with him to be buried.**

Mortuum honore comitari. Virg. **To ſolẽniſe his funerall.**

Superbia comitatur honores. Claud. **Pride foloweth promotion.**

Iter alicuius comitari. Virg. **To accompanie in his iourney.**

Oues comitantur paſtorem. Virg. **Folow the ſheparde.**

Comitari cum datiuo. Cic.

Cæteráque quæ comitâtur huic vitæ. **which are ioyned or coupled with this lyfe.**

Cómito, cómitas, pen. corr. comitâre, Actiuum: vnde Comitor paſsiuum. Idem. Ouid.

Gradus alicuius comitare. Ouid. **To folow ſteppe by ſteppe.**

Veſtigia alicuius comitare. Ouid. Idem.

Comitare aliquem ad locum quempiam. Ouid.

Comitâtus, pen. prod. Participium. Cic. **Accompanied.**

Dolore comitatus. Tibul.

Bellum comitata fœmina. Stat. **That wente with other on warfare.**

Pecudes fœtæ comitatæ paruis gregibus. Senec. **with a ſmall number folowyng them of yonge ones.**

Lachrymis comitata ſororum. Stat. Hauinge hir ſuſters folowyng with teares.

Comitátus, pen. prod. Nomen: vnde Comitatior. Cicer. Puero vt vno eſſet comitatior. That he might haue one ſeruant more folowyng him. Homo comitatiſſimus.

Comitátus, huius comitátus. penul. prod. Cic. Felowſhippe: companie: a retinew or trayne. A princes courte.

Societas atque comitatus alicuius. Cic.

Aſſiduus comitatus. Quintil.

Muliebris & delicatus ancillarum puerorúmque comitatus. Cic. A wanton trayne or companie of.

Semiuir comitatus. Virg. A trayne of effeminate perſons.

Comitatus optimorum ciuium. Cicer.

Comitatus virtutum. Cic.

Abſtrahere ſe ex comitatu ampliſſimorum virorum. Cic. To withdraw himſelfe from the companie of.

Recipere comitatum aliquorum. Cic.

Comitatus, ad alia tranſlatum. Plinius, Virgultorum comitatu obiter rigorati. with a number of.

Comeſſor, comeſſaris. **Comeſſatio, Comeſſator, Comeſſabundus, Comeſſans, Comeſtura**, Vide COMEDO.

Cometes, vel Comèta, cometæ, m.g. pen. prod. Lucan. Cic. A comete or blaſing ſterre.

Belli mala ſigna cometes. Tibul. Diri cometæ. Virg.

Fatales cometæ. Val. Flac. Mutans regna cometes. Lucan.

Rubeſcentes comètæ. Claud.

Tremuli claro ardore cometæ. Cic.

Triſtis cometa. Claud.

Comicus. Vide COMEDIA.

Comydris: idem quod pſillium.

Cominia. A kinde of oliues.

Cominus, pen. corr. Aduerbium. Cic. Nigh at hande: hande to hand: forth with.

Pugnare cominus cū hoſte. Cic. To fight at hande, or hande to hande with his enemie.

Cominus gladijs rem gerebant. Liu. They came to hande ſtrokes with their ſwoordes.

Tendere cominus. Sueton. Cominus iudicari. Plin.

Accedere cominus ad aliquem. Cic.

Recipere cominus pecuniam. Pomponius.

Cominus & eminus. Ouid. At hande, and a farre of.

Latéque & cominus. Catull.

Cominus. Virg. Incontinent: forthwith.

Graue cominus æſtuat aer ſordidus. Stat. The corrupte ayre forthwith breathed forth ſtinkyng vapours.

Comis, & hoc come. Cic. Gentill: milde: benigne: curteiſe: full of humanitie: readie to forgiue.

Amica comis & blanda. Ouid.

Comis & humanus erga aliquem. Cic.

Ingenium come. Tacit. Oculi comes. Ouid.

Sermo & congreſſus comis. Tacit.

In vxorem comis. Horat.

Comior, Comparatiuum. Cic. Quis C. Lælio comior?

Cómitas, pen. corr. Denominatiuum. Cic. Gentilnes: courteſie: humanitie: mildenes.

Comitas & affabilitas ſermonis. Cic. Gentilnes and courteſie in talkyng.

Comitas & beneficentia. Cic.

Comitas coniunctióque humana. Cic.

Comitas & facilitas. Cic. Obſequium & comitas. Cic.

Comitas & Seueritas, contraria. Cic.

Verborum comitas. Cic.

Exquiſitiſſimæ comitatis cœnam dare. Suet.

Summa comitate cœnam præbere. Suet. Very gentilly.

Erat in illo viro comitate grauitas condita. Cic. Grauitie tēpered with gentilnes.

Summa alicuius grauitas cum ſingulari comitate coniuncta. Cicer.

¶ Aſpergere grauitati comitatem. Vide ASPERGO. Cic. To mixe or temper.

Comitate inuitandi conciliare ſibi aliquem. Liu.

Conciliat animos comitas affabilitáſque ſermonis. Cic.

Diſſoluta comitas. Quintil.

Comitas in ingenijs illucet. Cic. Courteiſie appereth in mēs natures.

Cómiter, pen. corr. Aduerbium. Varro. Gentilly: courteiſly: willingly: gladly: ſwetely.

Comiter accipere aliquem. Plaut. To welceme gentilly.

Comiter adiuuare. Terent.

Adminiſtrata comiter prouincia. Tacit.

Comiter ac benignè appellare aliquē. Liu. To ſpeake to one gentilly and fauorably.

Salutare benignè, comiter appellare vnumquenque. Cic.

Comiter conſeruare maieſtatem Pop. Romani. Cic. To ſhew himſelfe faithfull and true vnto the people of Rome.

Excipi comiter. Ouid.

Factum à vobis comiter. Plaut.

Comiter habitare. Plin. To dwell without trouble and diſquietyng of any.

Comiter monſtrare viam erranti. Cic.

Solari comiter aliquam. Cic.

Comitia, comitiorum. Cic. An aſſemble of people for electiō of officers or makyng of lawes: it maye be vſed for a parliament.

Comitia calata. Gell. Vide CALO calas.

Centuriata comitia. Liu. Vide CENTVRIA.

Conſulum comitia. Cic. Conſularia comitia. Cicer. For the election of conſulles.

Curiata comitia. Gell.

Gratuita comitia. Cic. Quæſtoria comitia. Cic.

Recentibus comitijs in Senatum introducere aliquem. Cic.

Tribunitia comitia. Cic. Tributa capitis comitia. Cic.

Vera comitia & adumbrata. Cic.

¶ Abſtinere comitijs. Plin. iunior. Not to come abrode to the aſſembles or elections.

Nullis comitijs magiſtratus alicui datus. Cic.

Edicere comitia. Liu. To call or ſummon a parliament.

Facere comitia. Cic. Gerere comitia. Cic.

Habere comitia. Cic. To holde or kepe a counſayle or parliament.

Comitia indicere. Gell. Idem quod edicere.

Inquinata largitione comitia. Cic.

Obire comitia. Cic. Obnuntiare comitijs. Cic.

Peragere comitia. Cic. Tota comitia perſcribere. Cic.

Iuſtus rogator comitiorum. Cic.

¶ Comitium. Liu. A place where the aſſemble is, a parliament houſe. In comitium afferre aliquid. Cic.

Comitiális, & hoc comitiále, pen. prod. Cic. Perteynyng to ſuch an aſſemble, or to the councell houſe.

Dies comitiales. Cicer. The dayes whereon ſuch aſſembles were holden.

Comitiales homines, Litigioſi dicuntur. Plaut. Buſie and contentious canuaſers: troublous mē: ſicke of the falling ſ.

Menſis comitialis. Cic. The moneth wherein ſuch aſſemble is kepte.

Comitialis morbus. Plin. The fallyng ſickenes.

Comitiárius, Adiectiuum: vt, Comitiaria ſtatio: quæ in modum comitiorum celebratur. Liu. when an armie of ſouldiours be together in forme of an aſſemble.

Comitiâtus, pen. prod. Adiectiuum. Cicer. Choſen by conſent of people in an aſſemble.

Comitiati Tribuni militares. Aſconius Pæd.

Comiciátus, huius comitiátus, pen. prod. Subſtantiuum. Cic. An aſſemble of people.

Comitiáliter, pen. corr. Aduerb. Plin. Etiam ſi id comitialiter accidat. Although it happen in maner of the fallyng ſicknes.

Comito, & Comitor, Vide COMES.

Comma, cómmatis, pen. corr. n.g. Latinè inciſio dicitur, Vide COLON. The point in a parte of a ſentence without perfite ſence.

Comma, Cæſura. Priſcianus.

¶ Commata. Vlpian. Trenches whereby water is lette out of a ponde: fludde gates: alſo a piece of money.

Commaculo, commáculas, penult. corr. commaculáre, Idem quod Maculare. To ſpotte: to defile: to diſteine.

Commaculare ſe ambitu, per metaphoram. Cicer. To ſtayne himſelfe, &c.

Manus commaculare ſanguine alicuius. Virg.

Commadeo, cómmades. pen. cor. commadêre. Cato. To moiſt or wette.

Commanduco,commandúcas,pen.prod.commãducâre.Plin. To chew meate.

Commanducátus , huius commanducátus , penult. prod. Plini. Chewyng.

Commaneo,cómmanes,penu.corr.commanére.Macrob.To tary together.

Commanipulo,penul.corr. commanipulônis. Spartianus. A ſouldiour of the ſame bande.

Commaritus,commaríti,pen.prod.Plaut.He that is in ſtede of a huſbande.

Commaſculo,commáſculas, pen. corr. commaſculâui, commaſculâtum,commaſculâre. To take ſtomake or hardines.

vt, Commaſculare frontem. Macrob. To ſette a manly face vpon it.

Commeatus,Vide COMMEO.

Commeditor,pen.corr. commeditâris, commeditâri. Author ad Herennium. To meditate and muſe on.

¶ Commeditari. Lucret. To muſe vpon.

Commeditari ſonitus chartarum. To make leaues of paper ruſtle.

Commemini,pen.corr. To remember.Cic. Non commemini,antè quàm ſum natus,me miſerum.

Quem hominem probè noſſe & cõmeminiſſe ſe aiebat. Cic. That he remembred well.

Commemoro,commémoras,pen.corr.commemorâre.Cicer. To rehearſe or make rehearſall of:to tell:to put one in remembrance:to mention or ſpeake of:to remember.

De cuius virtute antea commemoraui.Cic. Of whoſe vertue I ſpake before.

De memoria alicuius commemorare.Cic.

¶ Quid quoque die dixerim,audiuerim,egerim,commemoro veſperi.Cic. I recorde and call to remembrance at night.

¶ Commemorare , pro Admonere. Pomponius . To put in minde of.

Damna commemorare.Stat. To aduertiſe or put in minde of hurtes.

Commemorare officia quæ contulimus in alterum. Cic. To rehearſe and put in minde of.

Pericula exhauſta commemorare.Ouid.

Prælia ſua commemorare.Ouid.

Commemorare verbis.Cicer.

Repetam cõmemorare.Lucret. I will rehearſe agayne.

Sed quid ego plura commemorem?Catul. What ſhould I rehearſe.

Dici aut commemorari.Cic.

Commemorandus.Cic. Worthie to be remembred or ſpokẽ of.

Commemoranda,& diuina liberalitas.Cic.

Commemoratio,Verbale.Terent. A mentionyng:a rehearſing: a puttyng in minde of.

Antiquitatis commemoratio.Cicer.

Popularis commemoratio.Quintil.

Non cum vitæ tempore eſſe dimittendam commemorationẽ nominis noſtri.Cic.

In aſsidua commemoratione omnibus eſſe. Cic. To be ſpoken of for euer.Opponitur autem ei quod dicitur , In obliuione iacere.

Commemorábilis,& hoc commemorábile, penult. corr. Cicer. Worthie to be mencioned.

Vir optimus & cõmemorabili pietate ac virtute præditus.Cic.

Commendo,commendas,commendâre.To committe to : to put in truſt with:to cõmende,prayſe,or ſette forth:to make more acceptable and worthie prayſe: to hable:to auaunce the dignitie of a thynge : to ſpeake or write in commendation of.

Committere & commendare.Cic. To committe and put in truſt with.

Commendare plus eſt quàm committere. Cic. Iudicium non modò commiſſum , verùm etiam cõmendatum eſſe arbitrabantur . Not onely committed to them but with requeſt of diligence put into their handes.

Rem & famam ſuam cõmendare & concredere alicui. Cicer. To committe and put ones ſubſtance and good name in the handes and tuition of.

Se totum cõmendare atque tradere alicui.Cicer. To put and committe himſelfe wholly into ones handes.

Quàm diligentiſsimè commendare.Cic.

Intimè commendare aliquem.Cic.

Commendare aliquid alicui, aut aliquem alteri.Plau. To requeſt him to ſhewe diligence or fauour to.

Commendo tibi eius omnia negotia.Cic. I recommend vnto you , or I deſire you to ſhewe fauour and diligence in all his affayres.

Commendo tibi me ac meos amores.Catul.

Habenas rerum cõmendare alicui.Claud. To committe the gouernment to one.

Commendare alteri ſuam iuſtitiã humanitate.Plin.iun. With his gentilnes to make his ſeueritie more cõmendable.

Commendare alteri liberos ſuos teſtamento.Cicer. To giue the charge of his children to.

Omnes opes fortunáſque ſuas alicui cõmendare.Cic. To put all his ſubſtance and goods into ones tuition.

Salutem alicuius alicui cõmendare.Cic.To put ones life into his handes,or deſire him to take the tuition of.

Pontificum authoritati,fidei, prudentiæ, ſacra, religionéſque & priuatas & publicas, maiores cõmendabant. Cic. They did committe the charge of religion,ꝛc.vnto.

Commendare aliquem fidei alterius. Cic. To committe him vnto his troth and honeſtie: to put him into his handes.

Fidei,virtuti, fœlicitati alicuius Galliam cõmendare.Cic. To committe Fraunce vnto,ꝛc.

Tutelæ aliquorum filios ſuos cõmendare. Cic. To committe his children vnto ones tuition or protection.

Adoleſcentiam alicuius ad opinionem aliquam cõmendat domus alicuius.Ci. His ſtocke maketh mẽ haue the better opinion,or thinke the better of him.

Commendare ſe alicui in clientelam. Terent.To put himſelf into ones tuition and protection.

Commendare de meliore nota . Curius ad Ciceronem. To commende effectually.Vide NOTA.

¶ Commendare aliquid ſempiternæ gloriæ , aut immortalitati.Cicero.To make famous and renowmed for euer:to gette it an immortall name.

Immortalitati cõmendatur hiſtoria voce oratoris.Cic.

Iudicio omnium cõmendari ab aliquo.Caſsius Ciceroni.

Commendare literis . Brutus ad Ciceronem , Satis me multa ſcripſiſſe , quæ literis cõmendari poſsint , arbitror. Whiche might be putte in writyng.

Monimentis alicuius cupere res ſuas quam celerrimè cõmendari.Cic. To deſire to haue his actes put in writyng by one,ꝛc.

Multis monimentis ad omnem memoriam cõmendari. Cic. To be put to perpetuall memorie in manie workes written.

Commendare memoriæ.Cic. To committe to memorie : to kepe in minde.

Commendare ſe fugæ.Hirtius. To flee : to betake himſelfe to flight.

¶ Commendare.Plin.To prayſe:to ſette forth:to cõmende: to make eſteemed.

Nulla re vna magis orator cõmendatur, quàm verborũ ſplendore & copia.Cic. Is not eſteemed or commended more for any one thyng then for trimnes ꝛ plẽtie of wordes.

Commendare halitum ſuum re aliqua.Plin. To eate ſomwhat to make his breath ſweeter.

Commendat res illa virũ.Ouid. Doth cõmẽde or ſet forth: maketh him more eſteemed.

Commendat hæc res vina ſuo ſucco.Plin. Maketh wine the better and more commendable.

Eloquentiam vox maximè cõmendat. Cice. The voyce doth chiefly ſette forth eloquence.

Cura commendat faciem.Ouid.

Nitorem cõmendare oleum amygdalinum dicitur.Plin.Maketh a good colour or ſetteth forth the colour.

Reos maximè cõmẽdat placida,ſummiſſa & lenis oratio.Cic.

Commendâtus,pen.prod.Participium.Cic.Prayſed: commended:ſette forth:made more alowable:committed to.

Dono aliquo deorum & munere cõmendati nobis poetæ videntur.Cic. Are made more alowable.

Ex vtilitate ſua cõmendatæ nobis res. Lucret. Thinges to be eſteemed and regarded of vs for the profite that commeth of them.

Commendatus literarū honore Plin. Made more eſteemed for the honour of learnyng.

Sibi cōmendatus.Cic. Louyng or eſteemyng himſelfe.

Commendatum habere aliquid.Plancus Ciceroni. To coſite a thyng ſo commended to him, as he ſhould further and defende it.

Habere aliquos cōmendatos. Trebonius Ciceroni. To make accompte of theim as of perſons commended to him.

Dignitatem alicuius cōmendatam habere.Caſsius Ciceroni.

Commendatus,Nomen.Cic.Cui illa ciuitas ſit cōmendatior? To whome that citie is more to be eſteemed.

Memoriæ hominum ſempiternæ cōmendatiores.Cic.

Commendatioris eſſe famæ.Plin. To be more renoumed or better reported of.

Commendatiſsimus.Cicer. Ipſi per ſe tibi commendatiſsimi ſunt. They of themſelues are muche eſteemed and regarded of you.

Omnibus rebus commendatiſsimos aliquos habere ab aliquo.Cic.

Commendátio,Verbale.Cic. Commēdation: prayſing: a ſetting out or hablynge: auauncyng of the worthines of a thinge.

Caput commendationis alicuius.Cic.

Ad cæteros contempti hominis cōmendatio non defuit.Cic.

Exequi ambitione quadam cōmendationes alicuius.Cic.

Intelligere commendationem maximo vſui eſſe ſibi.Cic. To underſtande that ones commendation doth muche further him.

¶ Commendatio.Cic. Prayſe.

Commendatio ac iudicium.Cic.

Honoris petitio & commendatio.Cic.

Ingenij cōmendationem euertere.Cic. To marre the prayſe and commendation of.

Liberalitatis commendatio.Cic. A prayſe for liberalitie.

Oculorum commendatione aliquid animis tradi.Cic.

¶ Accurata commendatio.Cic.

Breuis cōmendatio.Plin. Vulgaris cōmendatio.Cic.

In vulgus cōmendatio.Cic. Reputation or eſtimation amōg the people.

Oratio probitatis commendatione, boni viri ſpeciem debet tueri.Cicer.

Homo per ſe cognitus nulla cōmendatione maiorum. Cicer. without any auncetours to ſette him forth.

Ad gloriam cōmendatio prima eſt adoleſcenti.Cic. The firſt ſettyng forth of a yonge man,to glorie is,&c.

Prima cōmendatio proficiſcitur à modeſtia.Cicer. The firſte commendation procedeth of.

In prima cōmendatione dicere aliquid,vel ponere.Cicer. To commende or prayſe,that eſpecially.

Commendatio accerſita.Plin. A commendation or ſettyng forth not of nature.

Commendationem ineuntis ætatis ab impietate & ſcelere ducere.Cic. To make his youth firſt of all famous and notable by ſome impious and wicked acte.

Obrepere ad honores errore hominū, cōmendatione fumoſitum imaginum.Cic. By the ſettyng forth or furtherance of ſmokie images.

Commendátor,pen.prod.Verbale. He that commendeth prayſeth or boſteth: he that ſetteth forth.

Commendatrix,pen.prod.Verbale,fœ.g.Cic.

Lex,virtutum commendatrix.Cicer. Is the ſetter forth and commender of vertue.

Cōmendatrix regio.Plin.iun. A countrey that ſetteth forth ſuch thinges as it hath.

Commendatitius,Adiectiuum: vt,Commendatitiæ literæ.Cicer. Letters of commendation.

Commendábilis,& hoc commendábile,pen.corr.Plin. worthie commendation and prayſe.

Commenſus,Vide COMMETIOR.

Commentaculum,li. A marſhals or an vſhers rodde.

Commentitius, Commentor, Commentarienſis, Commentariolum, Commentatio, Commentator, Commentum,&c.Vide COMMINISCOR.

Commeo,commeas,cōmeáre,Ex com,& meo,meas,cōpoſitū. Colum. To goe hether and thether: to goe with.

Quacunque commeauerat.Plin. By what ſo euer waye he paſſeth.

Commeare dicuntur aues, anniuerſario aduentū diſceſſūque notæ.Plin.Inde Aues commeantes. Comming and goyng at certaine times of the yere.

Aliquò commeare. Tacit. To goe any whither.

Vt tuto ab repentino hoſtium incurſu etiam ſinguli cōmeare poſſent.Cæſar. That euery one might come & goe ſafely from ſudden inuaſion.

Ab ortu ad occaſum commeat ſol.Cic. Goeth and commeth from eaſt to weſte.

Siquando vulgus in illa via non commeabat.Vlpian.

Vndique cum mercibus & oneribus in eum locum cōmeant omnes.Cic. Come out of all partes.

Publicè vtile eſt, ſine metu & periculo per itinera commeari. Vlpian. That men may come and goe.

Commeare viam ſcrupuloſam.Plaut.

Commeare vltrò citróque. Liu. To goe hether and thether.

Viciſsim retrò commeant omnia.Cicer. All thinges returne backe.

Crebrò enim illius literæ ab alijs ad nos commeāt.Cic. Come to vs often times.

Cuius in hortos, domum, iure ſuo libidines omnium commearent.Cic. Might enter.

Poſſe eodem Flacco internuntio ſermones commeare.Tacit. That their talke or wordes mighte be declared by Flaccus goeyng betwene.

Commeátus,huius commeátus,pen.pro.Liu. A ſaulfe conducte or paſſeporte.

Argentarius commeatus.Plaut.

Commeatum accipere.Plin. To haue his paſſeporte.

Commeatum liberum impetrare. Vlpian. To obteyne his ſaulfe conducte to tarie and goe when he will.

Commeatum petere.Traianus Plinio.

Ad diem commeatus venire. Author ad Heren. To come at the day that his licenſe apoynteth him.

¶ Commeatus in vtroque numero, pro Cibarijs ad alimoniā Reip.aut exercitus,aut alicuius multitudinis ſumitur. Interdum etiā priuati hominis.Cic. Prouiſion of vitayles.

Intercludere hoſtes commeatibus.Cæſar. To kepe or cutte of from the prouiſion of vitayles.

Intercludere inimicis commeatum.Plautus. Author ad Herennium.Idem.

Prohiberi commeatu & priuato & publico.Cic.

Remanere in commeatu.Cic.

Commercor,cōmercáris,cōmercátus ſum, commercári.Plaut. To bie with other.

Commercium,commercij. Plin. Familiar cuſtome and acqueintance together: cōmunication for bying & ſellyng,&c.

Bonorum commercia.Claud. Commercia belli.Virg.

Commercio ſermonis feras linguas contrahere ad colloquiū. Plin. To bryng to communication and talke together.

Terræ geminæ commercia.Stat.

Facere commercia.Claud.

Commercium rei habere.Vlpian. To haue authoritie to bie and ſell.

Locum eſſe commercio.Brutus Ciceroni.

In agro Segeſtano Panormitanis commercium eſt.Cic.

Alicui ne commercium quidem eſſe oportet.Cic.

Miſcere commercio diuerſas gentes.Vide MISCEO.

¶ Commercium.Plin. Entercourſe of marchandiſe frō one place to an other.

Miſcere commercio diuerſas gentes. To mengle diuers nations together by entercourſe of marchandiſe.

¶ Commercium,Vſus & conſuetudo vel ſocietas.Et tunc præpoſitioni CVM iungitur.Cic.Nec habet vllum cum virtute commercium. He vſeth no honeſtie or vertuous conuerſation at all.

Non habet commercium cum virtute volúptas.Cic. Senſualitie hath no ſocietie with vertue.

Exercere commercia linguæ.Ouid.

Perdere linguæ commercia.Ouid. To leeſe the vſe of the tonge.

Cum ea mihi fuit commercium.Plaut. I had acqueintance with hir.

Commereo, cómmeres, pen.cor.cõmerui, & comméritus ſum, commerêre, neutrum: vel commerêri, deponẽs, Idem ſignificat quod meréri Cicero. To deſerue: to committe: to offende or treſpaſſe.

Nunquam ſciens commerui vt caperet illa odiũ mei. Terent. I neuer wittingly deſerued.

¶ Commerere. To committe ſome great offence.

Commereri & peccare. Terent.

Commereri aliquid erga alterũ. Terent. To doe ſome great treſpaſſe agaynſt.

Commereri culpam aut noxam. Terent. To be giltie, or to haue committed the offence.

Commerere culpam in ſe. Plaut.

Nullam de his rebus culpam cõmeruit tua. Terent. Thy wife is nothyng in faulte for al theſe matters.

Pœnam commeruiſſe. Ouid. To haue deſerued puniſhmẽt.

Commetior, commetîris, pen. prod. cõmmenſus ſum, commetíri. Plaut. To meaſure.

De commetiendis agris. Columella.

Neque inter ſe numero commetiuntur. Cicer. They doe not compare number to number.

Commetiri cum tempore negotium. Cicer. To conferre the buſines and tyme together: to meaſure by the time.

Commenſus, huius commẽſus. m.g. Vitru. An equal proportiõ, and meaſure of thynges.

Commictilis, le. Sette together: trimmed.

Comminatio, Vide COMMINOR.

Commigro, cómmigras, pen.corr. cõmigráre, Idem ſignificat quod Migrare. Terent. To goe with: to goe from one place to dwell in an other.

Ex Andro commigrauit huc viciniæ. Terent. She came from Andrew to dwell here by vs.

Athenas commigrauit. Plin. He wente to.

Is habitatum huc commigrauit. Plaut. He came to dwell.

Commigrare in domum ſuam. Cic. To goe to lodge in his houſe.

Commiles, pen.prod. huius commilitis, pen.corr. maſc. gener. Cæſar. A felow ſouldiour: a companion in warre.

Commilito, pen.corr. commilitônis. Liu. Idem.

Meus in Cilicia miles, in Græcia commilito fuit. Cic.

Cõmilitiũ, Ipſa belli ſocietas. Plin iun. Felowſhippe in warres.

Vti commilitio alicuius. Quintil.

Comminiſcor, comminiſceris, pen.corr. commentus ſum, cõminiſci, dictum à con, & mente, quum finguntur in mente quæ non ſunt. Varro. To inuent: to imagine: to deuiſe: to feyne.

Confingere & comminiſci. Author ad Heren.

Comminiſci aliquid de ſua ſententia. Plaut. To deuiſe of his owne phantaſie.

Ad comminiſcendum ingenioſus. Author ad Heren.

Commentus, Participium actiuę ſignificationis. That inuenteth or deuiſeth. vt, Monogrammos deos & nihil agentes commentus eſt Epicurus. Cic.

Commentus, Participium paſsiuæ ſignificationis: vt, Sacra commenta. Ouid. Religions inuented or feyned.

Funera commenta. Ouid.

Commentum, commenti. Terent. A comment, or expoſition: a ſodeine deuiſe: a feined matter: a lye.

Retegere cõmenta alicuius. Ouid. To diſcloſe ones deuiſes.

Opinionum commenta delet dies. Cic.

Commentitius, Adiectiuum. Cicer. Feyned: deuiſed for a tyme: newly inuented.

Crimen commentitium confirmare. Cic.

Commentitij & ficti dij. Cic.

Ficta & commentitia fabula. Cic.

Noua & commentitia. Cic.

Ius commentitium Paulus. Newly inuented.

Commentor, commentôris. Verbale. An inuentour or deuiſar.

Vuæ commentor dicitur Bacchus ab Ouidio. The inuentour of wine.

Commentor, commentâris, commentâtus ſum, commentári. Frequentatiuum à Cõminiſcor. Plaut. To muſe or thinke on: to make mention: to diſpute, common, or reaſon of: to write cõmentaries or bokes of remembrance: to deuiſe: to inuent or imagine a falſe tale.

¶ Commentari aliquem. Plaut. To counterfayte one.

¶ Commentari. Cic. To muſe and thinke of.

Futuras mecum commentabar miſerias. Cic. I did caſt in my minde miſeries to come.

¶ Commentari, Diſputare. Cic. To diſpute or talke of.

Commentari & meditari de aliqua re. Cic. To talke and deuiſe of a thyng.

Plures dies in villa commentari. Cic. To talke of.

Commentandi cauſa atque inter ſe colloquendi congregantur. Cic. To debate and talke of matters.

Multos annos aliquid commentari. Cic.

Inter ſe cõmentari qua ratione traducendum ſit eis tẽpus. Cic. To debate and reaſon one with the other.

Cum aliquo quotidie commentari. Cic.

¶ Commentatus eſt Mimos. Cic. He inuented.

Agere cauſam, & cõmentari. Cicer. Exiſſe in ædes eo colore & ijs oculis, vt egiſſe cauſam, non commentatum putares.

Orationem in aliquem cõmentari. Cic. To inuent or make.

¶ Quum commentaremur hæc. Plin. When we made & wrate this.

Commentari aliquid de diſciplina militari. Plin. To deuiſe and write, &c.

Commentâtus, pen prod. Participiũ. Deuiſed: imagined: writen. vt, Commentata oratio. Cic.

Satíſne vobis videor pro meo iure in veſtris auribus commẽtatus? Cic. To haue diſputed or debated this matter in your hearyng.

Commentata & ſcripta. Cicer.

Commentátio, Verbale. Plin. A meditatyng: a deuiſinge of a thing: a debatyng or reaſonyng of.

Meditatio & commentatio. Cic. A meditatiõ and diepe muſing of a thing.

Multa cõmentatione atque meditatione paratos atque expeditos locos habere. Cic. with great muſing & meditation.

Cogitatio & commentatio. Cic.

Cauſarum commentatio. Cic. A meditatyng of cauſes before hande.

Tiliæ molles. Ouid.

Velamina mollia. Ouid.

Verba mollia. Ouid.

Venter mollis. Horat.

Verſus molles. Ouid. **Amorous verſes.**

Volo id quàm molliſſima via conſequi. Liu. **I will attaine it by as eaſie and gentill meanes as I can.**

Non eſt ad aſtra mollis è terris via. Seneca. **It is no eaſie way from the earth to heauen.**

Vinum molle. Virg. **A pleaſant wine, not rough in taſte.**

Vir mollis. Ouid.

Vndæ molles. Lucret.

Vita mollis. Ouid.

Vultus mollis. Ouid.

¶ Lachrymis mollis. Propert.

Ira molliſſimus. Claud. **In anger very gentill to intreate.**

Mollis in obſequium, faciliſque rogātibus eſſes. Ouid. **Thou ſhouldeſt be gentill to obey.**

Auricula infima mollior, Vide AVRIS.

Homo mollis. **A delicate, nice, or effeminate perſon.** Plin. Vetant dari ſenibus & pueris, item mollibus ac fœminei corporis. **To them that be of tender cōplexion and ſafte like women.**

Mollis, & parum vir. Quintil.

Solutus & mollis in geſtu homo. Cic.

Effœminatum aut molle. Cic.

Mollículus, pen. corr. Adiect. diminutiuum. Plaut. **Safte : delicate : tender : wanton : womanly.**

Eſcæ molliculæ. Plaut. **Delicate and fine meates.**

Verſus molliculi. Catull.

Mollicellus, Diminutiuum à Molliculus. Catull.

Mollitia, mollitiæ, ſicut Mollíties, mollitiéi, f. g. Plin. **Softenes: tenderneſſe : delicateneſſe : niceneſſe : womanlineſſe.**

Flexilis mollitia. Plin. **A pliant ſofteneſſe.**

Ceruicum mollitia. Cic.

Agilitas mollitiéſque naturæ. Cic.

Imbecillitas & mollities victus alicuius. Cic.

Mollities maris. Plin. iun. **Caulmenes or quietnes of the ſea**

Mollities, ſiue Mollitia animi. Terent. **Tenderneſſe or niceneſſe of minde.**

Lenitas & mollitia animi. Cic.

Labuntur ad mollitiem mores. Cic. **Maners decaie and fall to a certaine niceneſſe or tenderneſſe.**

Vincere quamlibet mulierculam mollitia. Horat. **In niceneſſe and wantonneſſe to paſſe any woman.**

Mollitûdo, pen. prod. mollitúdinis, f. g. Idē quod Mollities. Cic.

Mollitudo corporis. Cic.

Vocis mollitudo. Author ad Heren. **The tunchableneſſe of the voyce.**

In pulmonibus ineſt raritas quædam, & aſſimilis ſpōgijs mollitudo. Cic. **Safteneſſe.**

Eneruis mollitudo. Capella.

Mollimentum, mollimenti, n. g. Sen. **An aſſwagyng or eaſinge.**

Mólliter, pen. corr. Aduerbium. Plin. Cic. **Saftely : delicately: gentilly: with good will: eaſely: paciently: womanly: nicely: tenderly.**

Molliter cubare. Ouid. **To lie ſoftely.**

Molliter ſe curare. Terent. **To cheriſhe ones ſelfe nicely : to liue delicately.**

Excipere molliter cadentem. Ouid.

Parcè & molliter facere aliquid. Cic. **To doe a thing ſparingly and gentilly.**

Auſterum laborem molliter ſtudio fallere. Horat.

Ferre molliter. Cic. **To take paciently.**

Bellum molliter gerere. Saluſt. **To make gentill & fauourable warre.**

Incedit molliter. Ouid. **He goeth nicely.**

Oſſa molliter quieſcant. Virgil.

Recubare molliter, & delicatè. Cic.

Molliter admota ſollicitare manu. Ouid.

Partus molliter ſoluere dicitur mulier. Ouid. **To be deliuered eaſily and without great payne.**

Delicatè & molliter viuere. Cic. **To liue delicately & at eaſe.**

-quid tu (malùm) ergo in os mihi

Ebrius irructas? P. molliter, ſuſtine nunc me. Plautus. **Softe man, be not ſo rigorous, ſtaye me vp.**

Mollius, Aduerbium comparatiui gradus: vt

Recubare mollius. Stat. **To lie more ſoftely.**

Accipere mollius. Tacit. **To interprete a thynge more gentilly or to the better parte.**

Interpretari aliquid mollius. Tacit. Idem.

Mollio, mollis, mollíui, mollitum, pen. prod. mollire. Cicer. **To make ſofte or tender: to pacifie or appeaſe : to make wan-**

ton,nice,and delicate.

Ferrum mollit ignis.Horat. Lanã mollire trahendo.Ouid.

¶ Mollire,per tranſlationem Ouid. To pacifie or appeaſe.

Acceſſus mollıet iſta tuos Ouid.

Animos mollire.Cic. To pacifie & make gẽtil mẽs mindes.

Animos mollire.pro Effœminare. Cicer. To effeminate or make delicate.

Fructus feros mollire colendo.Virg. To make wilde fruites good with huſbandinge.

Hominem mollire.Terent. To pacifie or appeaſe:to induce to doe that he is deſired.

Impetum mollire.Liu. To repreſſe the vehemencie or rage of a thinge. Inuidiam mollire.Tacit. To mitigate.

Iras mollire.Liu. To appeaſe or aſſwage anger.

Mare mollire.Gellius. To make caulme or quiete.

Opus graue mollire indocili numero.Ouid. To paſſe ouer a greuous or painefull worke with homely ſingynge.

Pectora alicuius mollire.Horat.

Pœnam mollire.Ouid. To mitigate a paine or puniſhment.

Dura verba vſu mollienda.Cic.

Dureſcere & Molliri,contraria.Cic.

Langueſcere & molliri.Cic. Amore molliri.Sil.

Mollitus,pen.prod.Participiũ. Made ſofte,tender, or delicate: aſſwaged.vt,Membra mollita.Ouid.

Feritas mollita.Ouid.

Molleſco,molleſcis,molléſcere.Plin. To waxe ſofte: to be pacified from wrouth: to be throughly ſofte.

Molleſcunt colla iuuencis.Catull.

Pectora molleſcũt,aſperitasq́; fugit.Ouid. Their hartes waxe more milde and gentill.

Móllipes,pen.corr.mollípedis.Cic. That hath a ſofte foote.

Mollifico,aui,are. To make ſofte.

Molluſca,molluſcæ,f.gen.Plin. A nutte with a ſafte ſhale: a fillebearde.

Molluſcũ,molluſci,n.g.Plin. The bũch of a tree called Acer.

Molo,molis,Vide MOLA.

Moloche. The great Malow or holihocke.

Molochinus,molóchini,pen.corr.m.g.Cæcil. A colour lyke the flowers of malous:a whitiſh purple.

Molochinarius,molochinarij,maſ.g.Nonius. Plautus. He that dieth the ſayde colour.

Molorthus,molorthi,maſc.g. A plumerule that maſons and carpenters doe vſe.

Moloſſus,moloſſi m.g.Virgil. A maſtiue dogge.

Acer moloſſus.Virgil An egre maſtiue.

Latrator moloſſus.Martial A barkynge bandogge.

Leuis moloſſus Lucan.

Molothros. A kinde of white vines, or of the weede called Ampeloleuce.

Molucrum,cri,n.g. A ſquare piece of timber whereon Painims did ſacrifice. The trendill of a mille: A ſwellyng of the bealy in women.

Moly,molyos,n.g.Plin. A maner of hearbe vnknowen, much praiſed of Homere. looke for the deſcriptiõ in Dioſcor.lib. 3 cap 52 and in the commentaries of Barb.and Virgilius.

Molybdæna,molybdænæ.Plin. A vaine of leade or ſiluer.

Molybdæna,Herba.Plin.

Molybditis,huius molybdîtis,pen.prod.f.g.Plin. The ſpume or fome of leade.

Momen,mómiuis,n.g.Id eſt momentum.Lucret.

Momentum,momenti.Cic. A moment: the leaſt parte of time which can not be aſſigned: A portiõ of any thing or matter. The eſtimation or value of a thing. A weight or poyſe.

Magnum momentum.Liu.

Certis momentis decedentia tempora Horat.

¶ Momento , Ablatiuus vice aduerbij. Liu. In a moment: quickly : incontinent.

Momento arx occupata eſt.Liu. Incontinent the caſtle was taken. Fulgor faciei rapitur momento.Seneca.

Momento temporis in aduerſum incurſando aciem.Liu.

Momento horæ arſura omnia.Liu. In or at one houre.

¶ Momentum. A very little quantitie or portion. Plin. Cinis earũ bibatur in vino, addito reſinæ momento. Mixing a very little portion of roſen.

¶ Rege ſuperato,nullum momentum in ſolis per ſe Gallorum copijs fore.Liu. The kinge beinge ouercome,that there would be no ſtay at all in the only armie of the Frenchmen by themſelfe.

Officiorũ omnium momẽta diligentiſſimè perpẽdebat Cato. Cic. Cato moſt diligẽtly eſtemed the weight & value of.

Infinitum autem in his quoque rebus momentũ eſt. Quintil.

Leue momentum.Celſ. Small force or value.

Leuia fortunæ momenta.Liu.

In his ſunt ad bene viuẽdum momenta maxima.Cic. Theſe thinges be of great weight & importance to attaine happie life : thoſe thinges are of very great efficacie.

Minimis momentis,maximæ inclinationes temporum fiunt. Cic. By very ſmall matters,often happen great alterations of time.

Ne minimi quidẽ momẽti ad ſummũ bonum adipiſcendum. Cic. Healping nothing at all:of no force in the worlde.

Momenti nihil eſt omnino in eo.Cic.

Nec vllo minimo momento plus ei vitæ tribuo,quàm Stoici. Cic. I doe not attribute one little iote more to that kind of life,then,&c.

Nullius momenti putatur eius teſtimonium.Cic. His teſtimonie is eſtemed of no force or importance.

Nullius in medicina momenti.Plin. Of no ſtrẽgth or vertue in Phiſike.

Pari momẽto ſors.Cic. It is one chãce of like value & effect.

Animus paulo momento huc, illuc impellitur. Terent. with the leaſt thinge in the worlde.

Perleui ſæpe momento fortunæ.Cicer. Oftentimes with the leaſte chaunge of fortune that can be.

Permagni momẽti eſt in Repub.ratio atq; inclinatio tẽporũ. Cic. Is of great force and effecte in a common weale.

Summa momenta fauoris.Lucan.

¶ Plus ad miſeram vitam affert momenti.Cic. It is of more force and effecte to cauſe miſerable lyfe.

¶ Momento atque iudicio diſponere inuẽta.Cic. with weightie conſideration and iudgement to diſpoſe.

Facere momentum in dando adimendóque regno.Liu. To be of great importance , or force both to geue and take away a kingdome.

Hæc res nullum habet momentum ab beatam vitã.Cic. This thinge healpeth or ſerueth nothyng , or is of no importance to attayne.

Caue quicquam habeat momenti gratia. Cicer. Take heede that fauour healpe or further nothinge.

Vt ſua authoritas aliquid apud veſtros animos momẽti habuiſſe videatur.Cic. That his authoritie might ſeeme to be of ſome weight or importance with you.

Plurimũ ad omnia momenti eſt in hoc poſitũ Quint. There is great weight and importance in this to all purpoſes.

Rem aliquã ponderare momẽto ſuo Cic. To ponder a thing accordyng to the weight and importance of it.

¶ Momentum,pro Particula.Quintil. Sol autem quotidie ex alio cæli momento quampridie oritur. Plin. Id eſt, ex alia parte, ex alio loco.

Momentaneus,a,um. That dureth but a very little while.

Momentôſus,pen.prod.Adiectiuum.Quintil. That is of ſome weight or value.

Momus. The god of reprehenſion:a curious reprehender.

Monaſterium,rij. A monaſterie.

Monaulos. A pipe : a recorder.

Monas,mónadis,pen.cor.f.g. The number of one: an vnitie.

Monachus,mónachi,pen.cor. A ſolitarie man: a monke.

Monarcha,monarchæ,m.g. A monarch: a prince rulyng alone without peere.

Monarchia,æ,f.g. A monarchie: the rule of one prince alone.

Monedula,nedulæ,pen.cor.Plin. A chough:a daw:a cadeſſe.

Non plus aurum tibi,quàm monedulæ committebant.Cic.

Nigra pedes,nigris velata monedula pennis.Ouid.

Moneo,mones,mónui,mónitum,pen.cor.monêre. To warne: to tell : to put in minde or remembrance : to aduertice : to counſayle.

Neque poſtulem abs te , niſi ipſa res moneat. Terent. If the thinge it ſelfe did not geue me occaſion.

Ratio ipſa monet.Cic. Reaſon it ſelfe willeth it to be ſo.

Monere apertè & acriter.Ci. To warne one plainly & ſharply

Monere & obiurgare. Cic. Pluribus monere. Quintil.

Sermone crebro monere. Claud.

Tu me de retinenda Seſtij gratia literis ſæpe monuiſti. Cicer. Thou diddeſt often aduertiſe me by letters to kepe.

Seris monuere periclis. Sil.

Monere, prædicere, & antè denuntiare. Cic.

Monere atque hortari aliquem. Cic.

Rectè aliquem monere. Cic.

Terentiam moneas de teſtamento. Cicer. Put Terentia my wife in minde of the teſtament.

Fideliter multa monere. Ouid.

Moneo te hãc rem. Terent. I put you in remẽbrãce of this.

Scit ſe non falſa moneri. Ouid.

Monuit mihi illud. Plaut. He put me in minde of this.

Ne erret, moneo. Terent.

Moneo & hortor ne cuiuſquam miſereat. Terent.

Moneo quid facto vſus ſiet. Terent. I aduertice him what is beſte to be done.

Sæpius te, vt memineris, moneo. Plaut.

Monere aliquem vt veniat ad cœnam. Terent. To bidde one come to ſupper.

Nec ea quæ ab ea monemur, audimus. Cic.

Mónitus, pen. cor. Particip. Cic. Moniſhed: warned: aduertiſed.

Monitꝰ caueas. Horat. Seyng thou haſt warning, take hede.

Moniti meliora ſequamur. Virgil.

Exemplo monitus. Ouid.

Monitûrus, pen. prod. Aliud participiũ. Prop. That will warne.

Mónitum, móniti, pen. corr. n. g. Cic. A monition: a warnyng: an aduerticement: a checke: a rebuke: a precepte: a leſſon: a counſayle.

Aduerte animos monitis. Ouid. Harken to my preceptes.

Cæleſtibus diffidunt monitis. Ouid.

Erudire aliquem ſuis monitis. Ouid.

Conſilijs monitiſque alicuius niti. Cicer. To leane to ones counſayles and aduerticementes.

Parére monitis. Ouid.

Præceptis & monitis omnium patuerunt aures meæ. Cic.

Mónitus, huius mónitus, pen. corr. m. g. Id eſt monitio. Cic.

Vatum monitus. Ouid. Occulti deorum monitus. Ouid.

Diuinus monitus. Ouid.

Fidelis. Ouid. Terrifici monitus. Val. Flac.

Læuus. Iuuenal. Terribilis monitus. Virg.

Mónitor, pen. corr. monitôris, m. g. Verbale. Terent. A warner: an aduerticer: a moniſher: a counſaylour: one that putteth in minde: a prompter.

Hoc monitore & authore huiuſce ſententiæ. Cic. He beynge counſaylour and authour of that opinion.

Monitor non exauditus. Horat.

Non fatuus monitor. Cic.

Quos ego habui omnium mearum actionũ monitores. Cic. Whiche weare my counſaylours and aduertiſers in doyng all thinges that I didde.

Sub monitore vinitor opus facere debet. Colum. The dreſſer of vines ſhould haue one by him to tell and inſtruct what he muſt doe.

¶ Monitores. Quintil. Lawyers that did prompte & inſtruct oratours in certaine caſes and pointes of the lawe perteinynges to their cauſes: counſaylours.

Monitores, dicuntur qui in ſcena monent hiſtriones. Feſtus. The prompters of players in interludes.

¶ Monitor. Terent. One that is ſent to bidde one to ſupper.

Monitorius, Adiectiuum. That warneth, vt, Fulmen monitoriũ. Seneca A lightenyng ſignifyng ſomwhat to come.

Monitio, monitiônis, f. g. Cic. A monition or aduertiſement: a warnynge.

Accipere monitionem patienter, Vide ACCIPIO.

Moneris, huius monêris, pen. prod. fœm. ge. Liu. A galey that hath but one rower on a ſeate.

Moneta, monetæ, pen. prod. f. g. Martial. Money.

Monetarius, monetarij, m. g. A maker or coyner of money.

Monetâlis, & hoc monetâle, penult. prod. Apul. Perteynyng to money.

Monetales Triumuiri. Pomponius. Ouerſeers of the coyninge of money.

Monile, monílis, pen. prod. Ouid. Virg. A colar or iewel that women vſed about their neckes: an ouche. A poytrell of an horſe.

Aurata monilia ornabant collum. Ouid.

Gemmata monilia. Claud.

Monile, non ſolùm hominum, verumetiam equorum, teſte Feſto. Virgil.

Monimentum, monimenti, n. g. vel, vt alij volunt, Monumentum per u. Cic. A remembrance of ſome notable acte: as ſepulchers, bookes, Images, &c. a memoriall: a token: a teſtimonie.

Id monumentis approbare conatur. Plin. He indeuoureth to proue it by writynges of time paſte.

Monumẽtũ & pignus amoris. Virg. A tokẽ & pledge of loue.

Monimenta annalium. Cic. Cronicles.

Antiquitatis monumenta. Cic. Hiſtories of antiquitie.

Multa ſunt tuæ clementiæ monumenta, ſed maximè eorũ incolumitates quibus ſalutem dediſti. Cic. There be many tokens or teſtimonies of your clemencie.

Monimentum iſtius crudelitatis. Cic. A token, ſigne, or teſtimonie of this crueltie.

Indicia & monumẽta furtorũ. Cic. Signes and teſtimonies.

Gloriæ monimẽta, laudis inſignia in animis cõdere & collocare. Cic. Ingeniorum monumenta. Quintil.

Monumenta vtriuſque linguæ. Plin. Bookes of bothe tõges Greeke and Latine.

Monumentũ eius pugnæ. Liu. A memoriall of that battaile.

Rerum geſtarum monumenta Cic. Hiſtories.

Scriptorum monumenta. Colum. The bookes of authours.

¶ Abolere monimenta alicuius. Virg. To deface all thinges whereby one may be remembred.

Celebrare monumentis annalium aliquid. Cicer. To write in cronicles to be remembred: to make knowen by puttinge it in cronicles.

Commendare res noſtras monumentis. Cic.

Commonefacere aliquem bubulis monumentis. Plautus. To laſhe one with a whippe made of leather thonges.

Teſtimonia monimentaq́; virtutis comparare. Cic.

Ex annalium monimentis & regum cõmentarijs conquirere aliquid. Cic Out of cronicles and princes regeſters.

Conſecrare ampliſſimis monimentis memoriam nominis alicuius. Cicer.

Monumentis & præceptis ſapientiſſimorum virorum conſequi aliquid. Cic. By the workes and preceptes of.

Annalium monimentis teſtes aliquos excitare. Cic.

Exegi monimentum ære perennius. Horat. I haue finiſhed a worke to the remembrance of my name, of longer continuance then Images of braſſe.

Mandare monumentis, Vide MANDO.

Mandare monumentis annalium, Vide MANDO.

Mandare orationem monumentis & literis. Cicer. To put in writinge.

Quanta potes præbe noſtræ monimenta ſaluti. Ouid.

Proijcere monimenta. Tacit. To caſte downe memorials of thinges.

Relinquere monimenta alicui. Virg. To leaue tokens or memorials of our name to one.

Veſtigia ſceleris, q̃ monimenta maiorũ ſapientiæ ſequi malle. Cicer. To haue liefer to folow the ſteppes of miſchiefe, then the tokens of our auncetours wiſedome.

Ornamenta ſua & monimenta ad aliquem vſum ſeruant familiæ. Cic.

Statuere æternum monumentum póſteris. Cicer. To leaue a perpetuall memoriall to his poſteritie.

Animi cuiuſdam monumenta tenere. Cic.

Grauiſſimis, certiſſimiſq́; monumentis teſtari aliquid. Cic.

Publicis monumentis authoritatẽ alicuius iudicij teſtari. Cic. By common writynges and regeſters, &c.

Tradita monimẽtis diſciplinı́ſque Græciæ artes & ſtudia. Cic. Artes and ſciences taught in the workes and writynges of the Grecians.

Veterum voluens monimenta virorum. Virg. Reuoluyng the hiſtories and cronicles of auncient men.

¶ Sepulchrorum monumenta & elogia. Cic.

¶ Monumentum, pro ſepulchro ponitur aliquando. Quintil. A monument: a toome: a ſepulcher.

Elogia monumentorum. Ouid. The epitaphes of toomes.
Aurita monimenta Ouid.
Marmoreum monimentum. Seruius Ciceroni.
Aditus monumentorum ſuorum carminibus exornare. Cic.
Extruere monumenta. Seneca.
Inſculptum monumento. Plin.
¶ Templum & monimentum. Cic.
Deorum immortalium monumenta. Cic.
Monoceros, pen. corr. monocerôtis, pen. prod. maſc. gen. Plin. An vnicorne.
Monochordiũ, dij, n. g. An inſtrument hauing many ſtringes of one ſowne, ſayinge that with ſmall pieces of clothe the ſowne is diſtincte, as in Clauicordes.
Monochromatos, pen. cor. Plin. A portraiture of one colour.
Monochromateus, Adiectiuum: vt, Monochromateum genus picturæ. Plin. A kinde of peinctyng with one diſtincte colour.
Monoculus. One that hath but one eye.
Monodia. A lamentable mournyng ſonge.
Monogamus. He that neuer had but one wife.
Monogenion. The Pionie.
Monogrammus. Cic. A picture onely drawen with a line: alſo a man leane and ill coloured.
Monologium. A longe tale of a mattier.
Monomachia, monomachiæ, f. g. A combatte or fightyng of two hande to hande.
Monomachus. He that fighteth alone without ayde.
Monophagia. A meale made with one kinde of meate.
Monopodium, monopodij, n. g. Plin. Liu. A table or treſtell ſette on one foote.
Monopolium, monopolij, n. g. Plin. wheare one man or place doth ingroſſe thinges that no man may ſell or gaine but he.
Monoptôton. A worde hauyng but one caſe.
Monoſtylon. wheare but one pillar is.
Monotropos, pi, m. g. Solitarie: of one facion alwaies.
Monoxilum, li, n. g. pen. cor. Plin. A boate made of one piece of tymber.
Mons, montis, maſc. gen. A mountaine or hill: a great heape of any thinge.
Acumen montis. Ouid. The ſharpe toppe of.
Altitudo montium. Cic.
Articuli montium, Vide Articulus in ARTVS.
Cacumen ſublime montis. Ouid.
Capita aſpera montis. Virg. Iuga mõtiũ. Virg. The ridges.
Montium ſyluarúmque clamor. Horat.
Profunda montium. Tacit. Saxoſi montis ſcopuli. Sil.
Veſtitus denſiſſimi montium. Cic.
¶ Abrupti montis latus. Seneca. The ſide of a ſtipe hille.
Aerius mons. Virg. An high hille.
Alti montes. Virgil.
Anhelus mons. Claud. A ſtipe hille makynge one blowe to gette vp.
Ardui. Horat. Aſſurgentes. Colum.
Auij. Horat. Cani. Virgil.
Caui. Ouid. Continui. Horat.
Deuexi. Valer. Flac. Feri. Virg.
Fracti. Ouid. Gelidi. Claud.
Impẽdentium montium altitudines. Cicer. The highneſſe of hilles hangyng ouer them.
Inacceſſi. Claud. Intonſi. Virg.
Lapidoſi. Ouid. Magni. Virg.
Nemoroſi. Ouid. Nubiferi. Sil.
Perpetui, Vide PERPETVVS. Rupti. Lucan.
Saxoſi. Virg. Summi. Virg.
Supremi. Virg. Tumidi. Ouid.
Veſtiti atq; ſylueſtres. Cic. Beſette & couered with woddes.
Vmbriferi. Silius.
¶ Abdidit ſe in montes lupus. Virg. The woulfe ranne into the woddes and hidde him.
Abeunt in nubila montes. Sil. The hilles riſe vp in height to the very clowdes.
Cædere montes, Vide CAEDO.
In montibus errare. Virg.
Impendebat mons altiſſimus, Vide IMPENDEO.
Montes vlulatibus implent. Oui. They houle that the hilles ringe with all.

Mons lapſu inclinat ad æquora. Stat.
Abciſſo Nereus interluit æquore montes. Claud.
Totus circum mouetur mons. Virg.
Nudare montem ſyluis. Sil. Occurrit mons. Quintil.
Parturient montes, naſcetur ridiculus mus. Horat. There will be great oſtentation and ſmall effecte.
Perfodere montem, Vide PERFODIO.
Arduus mons duobus verticibus petit aſtra. Ouid.
Ex vrbe ſe in montes remouere. Horat.
Remugit mons. Virg. The hill roareth.
Riget ardua montis ætherij facies. Sil.
¶ Aquæ mons. Virg. A great waue of water.
Montes frumenti. Plaut. Great heapes of graine.
Montes tu quidem mali in me ardentes iandudũ iacis. Plaut.
¶ Montes aureos polliceri. Plaut. Terent. To promiſſe whole mountaines of golde: to make great & large promiſſes.
Maria montéſque polliceri cœpit. Saluſt. He begãne to make great and large promiſes.
Magnos promittere montes. Perſ.
Montículus, montículi, pen. cor. m. g. Diminutiuũ. An hilloche: a little hille.
Montânus, pen. prod. Adiectiuum. Of a mountaine. vt, Montanus ſal. Colum. Antra montana. Ouid.
Montanus. Cæſar. One that dwelleth in the mountaines.
Armenta montana. Ouid.
Feræ montanæ. Ouid. Flumen montanum. Virg.
Montana nunc ſunt omnia. Plin. All places are full of mountaynes.
Montôſus, pen. prod. Similiter adiectiuum. Full of hilles: hillie. vt, Montoſa regio. Plin. An hillie countrey.
Quum locis etiam ipſis montoſis delectemur & ſylueſtribus. Cic. Montoſus locus. Cic.
Montigena. Borne on an hille.
Montíuagus, penult. corr. Adiect. Cic. That wandreth in hilles.
Montiuagi curſus. Sil. Feræ montiuagæ. Lucret.
Montícola, pen. cor. com. g. Ouĩ. One that dwelleth on an hill.
Montifringilla. A birde called a bramlynge.
Monſtro, monſtras, monſtrare. Plaut. To ſhew: to declare: to tell: to teache: to proue.
s. Scio vbi ſit: verùm hodie nunquam monſtrabo. Terent. I will neuer tell thee.
Monſtrare digito. Horat. To point with the fingar.
Viam monſtrare. Virg.
Comiter viam erranti monſtrare. Cic.
¶ Monſtrare, pro Docere. Cic. Siquid librarij mea manu non intelligent, monſtrabis.
Inulas ego primus amaras monſtraui incoquere. Horat. I firſt taught.
Monſtrâtor, pen. prod. toris, m. g. Aliud verbale. Virgil. One that ſheweth, telleth, or declareth.
Monſtratio, monſtratiônis, f. g. Verbale. Terent. A ſhewynge or declarynge.
Monſtrâtus, huius monſtrâtus, m. g. penult. prod. Aliud verbale, Idem. Seneca.
Monſtrábilis, & hoc monſtrábile, pen. cor. Plin. iun. That may be ſhewen.
Monſtrum, monſtri, n. g. Ci. A monſter: that exceedeth, lacketh, or is diſordred in naturall forme. Any thinge done agaynſt the courſe of nature. A tokẽ or ſhewyng: a thyng that ſignifieth. Biforme monſtrum. Ouid.
Deteſtabile monſtrum. Iuuenal. Fatale monſtrũ. Horat.
Hòrrendum & dictu mirabile. Virgil.
Immane. Silius.
Infame. Stat. Noua monſtra. Horat.
Infœlix. Virg. Sæuum monſtrum. Catul.
Nouitate monſtri mouentur. Ouid.
¶ Monſtra deûm refero. I make relation of thoſe thinges that the gods haue reueiled to me. Virg.
¶ Monſtrũ, pro Prodigio. A miracle. Vir. Nec dubijs ea ſigna dedit Tritonia monſtris. Virg.
Monſtrum ac prodigium. Cic.
¶ Monſtrum hominis. Terent. Thou miſſhapen knaue.
Immaniſſimum & fœdiſſimũ monſtrũ. Cic. An outragious & moſt filthie perſon monſtruouſly geuen to all miſchiefe.
Dicere monſtra. Cicer.

Monſtra narrare,ſiue nuntiare.Cic. **To tell merueilous and ſtraunge thinges againſt the courſe of nature ⁊ reaſon.**

Monſtróſus,pen.prod.Adiect.Lucan. **Monſtrous : wonderous.**

Monſtroſi hominum partus. Lucan.

Fabula monſtroſa.Claud.

Monſtroſus,per tranſlationem.Sueton. Vita,ſcriptíſque monſtroſus.

Monſtroſiſſima beſtia.Cic.

Monſtróſe,pen.prod.Aduerbium.Cic. **Monſtrouſly:ſtraungely: contrary to nature.**

Mónſtrifer,pen.corr.Adiectiuum.Plin. **That bringeth or breedeth monſters.**

Annus monſtrifer.Claud.

Monſtriferos agit vnda ſinus.Lucan.

Tumultus monſtrifer.Lucan.

Monſtrificus,pen.corr.Adiectiuum,Idem.Plin. **Monſtruous.**

Artes monſtrificæ.Valer.Flac.

Effigies monſtrificæ.Plin. Gemmæ monſtrificæ.Plin.

Monſtrifice,pen.corr.Aduerbium. **Monſtrouſly: ſtraungely: in wonderfull maner.** Plin.Anaxilaus prodidit,equinorum capitum viſus repræſentare monſtrifice.

Montanus , Monticola , Montiuagus , Montoſus, Vide MONS.

Montapium:idem quod hortioſelinum.

Monumentum,Vide MONIMENTVM.

Mora,moræ,à Moror,moraris,vt quidam volunt. **Tariyng:delay : leyſure : prolongynge : ſlackeneſſe : ſlowneſſe.**

Annoſa mora.Ouid. **Longe time or taryinge.**

Breuis mora.Seneca. Iniuſta mora.Quintil.

Damnoſa.Ouid. **Hurtfull tariyng.**

Immenſa.Ouid. Lenta.Ouid. **Lingeryng.**

Inanis.Quintil. Longa.Ouid.

Mera mora.Plaut.

Nec mora vlla eſt,quin eam vxorem ducam.Terent. **There is no lette at all but that I may mary hir.**

Tibi nulla ad decedendum mora.Cic. **There is nothynge to ſtay you but that you may departe.**

Segnis mora.Virg. Tarda mora.Ouid.

¶ Abrumpere moras,Vide ABRVMPO.

Acquirere moram ad condemnandum,Vide ACQVIRO.

Afferre moram ſupplicij.Cic. **To cauſe the puniſhment to be ſtayed for a time.**

Iſta legatio moram & tarditatem afferet bello.Cic. **This ambaſſade will cauſe the warre to be ſtaied and prolonged.**

Agitare moras,Vide Agito in AGO.

Ne moram quidem mortis aſſequi potuit.Cic. **He could not teine ſo much as to haue his death delayed.**

Caſtigare moras,Vide CASTIGO.

Corripere moras.Ouid.

Creare moram.Plaut. **To cauſe ſtay or delaye.**

Dimoue vocis moras.Id eſt Dic breuiter.Seneca.

-poſtquam videt nuptias
Paratas,nec moram vllam,quin ducat, dari. Terent. **And that there was no delay graunted,but that forthwith he muſte mary hir.**

Paruula mora dabitur.Iuuenal.

Ducere moras.Quintil. **To delay or linger.**

In longam ducere verba moram.Propert.

Effugere moras.Quintil. **To eſchew all taryinge.**

Ne fabricate moras.Sil. **Make no delaye.**

Moram non puto eſſe faciendam.Cic. **I thinke not good to make any delaye.**

Vænire omnes ſuas poſſeſſiones maluit, quàm vllam moram fieri cuiquam creditorum ſuorum.Cic. **Than to cauſe any of his creditours to ſtay or tarry.**

Moram facere.Liu. **To delay : to cauſe to ſtay.**

Moras malè fert.Ouid. **He cã not abide delay or prolõging.**

Frangere moras portarum. Stat. **To breake downe the gates that lette him.**

Non puto tam expeditum negotium futurum, vt non habeat aliquid moræ.Cic. **I doe not thinke the matter will be ſo ſoone diſpatched,but that it will haue ſome ſtay.**

Habeo aliquid moræ,dũ promiſſa militibus perſoluo. Caſſius ad Ciceronẽ. **I haue ſome lette or ſtay,while that I performe,⁊c.**

Inferre moram,Vide INFERO.

Inferre morã & impedimẽtũ alicui.Cic. **To ſtay ⁊ lette one.**

Inijcere moram & religionem iudicandi iudicibus. Cic. **To cauſe the iudges to take aduiſement and to haue a conſcience in iudgeyng.**

Innectere moras.Stat. **To finde delayes.**

Interpoſita fluminis mora.Cæſar.

Ne minimam quidem moram interpoſuiſti , quin quamprimum maximo gaudio frueremur. Cic. **Thou madeſt no delay at all but that,⁊c.**

Nullam moram interponendam inſequendi M. Antonium putaui.Cicero. **I was of opinion that without delay we ſhould immediately purſue Antonie.**

Breuem moram largiri alicui.Sen. **To graũt a little leiſure.**

Metuere amori ſuo moram,Vide METVO.

Moliri moram,Vide MOLIOR.

Moue abs te moram,Vide MOVEO.

Nectere moras.Valer.Flac. **To finde delayes.**

Obſtat mora.Virg. Mora poetas offendit.Horat.

Pellere moram.Ouid.

Pone moras.Horat. **Laye aſide all delay.**

Præbere moras.Seneca.

Quærere moras.Ouid. **To ſeeke occaſions of delay.**

Conſulta moras extrema recuſant.Sil.

Rumpe moras omnes.Virg. **Put away al delay:forwith goe about it.**

Segneis rumpe moras.Virgil.

Ne mora meis nuptijs egomet ſiem. Terent. **That I be not cauſe of ſtay in mine owne mariage.**

-hoc mihi mora eſt, Tibicina,& hymenæum qui cantent. Terent. **This thinge only letteth or ſtayeth me.**

Faxo haud quicquam ſit moræ. Plaut. **I will ſee there ſhall be no ſtaye or lette at all.**

Sequere me intrò,ne in mora illi ſis.Terent. **That you cauſe him not to tary vpon you.**

Si alia memorem,mora eſt.Plaut. **It woulde be longe , if I ſhoulde rehearſe other thinges.**

Non eſt mora libera nobis.Ouid.

Quid ergo erat moræ & tergiuerſationis? Cicer. **Then what was the lette and cauſe that he wente not forwarde with the mattier?**

Ne mora ſit,quin pugnus cõtinuò in mala hæreat.Terẽt. **By and by without delay lette thy fiſte kiſſe his cheeke.**

Neque iſtic,neque alibi tibi vſquam erit in me mora.Terent. **You ſhall not ſtaye vpon me either in this mattier, or in any thing els. I am readie to doe what you would haue, either in this mattier,⁊c.**

Nulla eſt in nobis mora.Terent. **We be readie : there is no lette or ſtay in vs.**

Per hunc nulla eſt mora.Terent. **There is no ſtay in him.**

Quæ tantæ tenuere moræ? Virgil. **What cauſed you to ſtaye ſo longe?**

Tenuit mora nulla vocatos.Ouid.

Tollere moram iudicandi.Quintil.

Trahere moras.Virg. **To delaye : to linger.**

Trahere moram,& tempora differre.Ouid.

Quod ego,vt debui,ſine mora feci.Cic. **Whiche , as my dutie was,I did without delay.**

¶Mora.Celſ. **A ſtay that ſurgeõs vſe in ſplinting of legges**

Inter moras,Vide INTER præpoſitionem.

Moramentum,moramenti,n.g.Idem quod Mora.Apul.

Moralis,Moratus,&c.Vide MOS.

Morbus,morbi,m.g. **Sickeneſſe : diſeaſe : a ſore.**

Pol me detinuit morbus.Terent.

Animi morbus.Cic. **A ſickeneſſe or trouble of minde.**

Morbus & imbecillitas corporis.Cic.

Homines ægri morbo graui.Cic. **Men ſicke of a greuous diſeaſe.** Infirmus ex graui & diuturno morbo.Cic.

Inſignia morbi.Horat.

Reliquiæ morborum lentæ. Celſus. **Lingryng reliques of a diſeaſe.**

Admonitio morbi,Vide ADMONEO.

¶ Acer morbus.Plaut.

Acutus morbus,Vide ACVO.

Adueniens & creſcens morbus.Cic.

Ancipites morbi.Plin. Caducus,Vide CADO.

Amplior morbus,Vide AMPLVS. Cæcus,Vide CAECVS.

Comitialis,Vide COMITIA.

Declinans,Vide DECLINO. Exanguis.Ouid.

Grauis.Cic. Immanes morbi.Lucret.

Impatibilis.Plin. Iners morbus.Ouid.

Ingraueſcens.Cic. **An diſeaſe increaſinge.**

Leuiores morbi.Quintil.

Longinquus morbus, Vide LONGVS.

Longus morbus.Celſ.

Maior morbus,idẽ qui Comitialis.Celſ. **The falling ſickeneſſe.**

Miſſus morbus ad corpora à numine. Iuuenal. **A diſeaſe ſente of God.**

Moroſus morbus.Ouid. **A waywarde ſickeneſſe.**

Pallentes morbi.Virg. **Diſeaſes makyng men pale.**

Pedicularis morbus,Vide Pedicularis in PES.

Perniciales morbi,Vide PERNICIES.

Recentes morbi.Celſus. **Diſeaſes newe begunne.**

Regius morbus.Horat. **The Iaundiſe.**

Sonticus morbus,Vide Sonticus in SONS.

Subſiſtentes morbi.Celſus.

Teter morbus.Catul. Tremens morbus.Seneca.

Triſtis morbus.Tibul. Vetus morbus,& Vetuſtus.Celſ.

¶ Abſumi morbo. Liu. **To be conſumed or ſore broken with a diſeaſe.**

Acceſſit ſpatium morbis,Vide ACCEDO.

Aduenit morbus.Plaut.Cic.

Afferre morbum,Vide AFFERO.

Affici graui morbo.Cic. **To be ſicke of a greuous diſeaſe.**

Affectus morbo.Lucret.

Afflictari morbo,Vide AFFLIGO.

Anni tempora morbos apportant.Lucret.

Aſſurgere ex morbo,Vide ASSVRGO.

Auxiliari morbis,Vide AVXILIOR.

Cadere in morbum,Vide CADO.

Mentis morbo aliquo calere.Horat.

Oſſa morbo collapſa.Virgil.

Concipere morbum,Vide CONCIPIO.

Cõfirmata valetudo à morbo.Cic. **Health recouered after ſickeneſſe : a waxyng ſtronge after ſickeneſſe.**

Conflictari morbo,Vide CONFLICTO.

Conijcere in morbum,Vide CONIICIO.

Contaminatus grex morbo.Horat.

Contrahere morbum,Vide CONTRAHO.

Conualeſcere ex morbo.Cic. **To recouer after ſickeneſſe.**

Morbi corripiunt corpora.Virg. **Bodies fall ſicke or diſeaſed.**

Crudeſcit morbus,Vide CRVDVS.

Curare morbos.Quintil. **To cure or heale.**

Delabi in morbum.Cic. **To fall into a diſeaſe.**

Depellere morbum.Cic.

Euadere ex morbo dicitur ægrotus.Cic. **To ſcape of a diſeaſe that he is ſicke of.**

Triſtes euincere morbos.Tibull.

Exaſperatur morbus.Celſ. **The diſeaſe is made more eger.**

Facere morbum.Celſ. **To breede or cauſe a diſeaſe.**

Medicinam facere morbo. Plautus. **To miniſter medicine to a diſeaſe.**

Iactari morbo.Horat. **To be longe ſicke of a diſeaſe.**

Impediri morbo.Cic. **To be letted by ſickeneſſe.**

Implicitus morbo.Lucret. **Entangled in a diſeaſe.**

Impugnatur morbus,Vide IMPVGNO.

Inceſſit morbus in caſtra.Liu.

Incidere in morbum.Cic. **To fall into a ſickeneſſe.**

Inclinatur morbus,Vide INCLINO.

Incurrere in morbos,Vide INCVRRO.

Incutere morbos,Vide INCVTIO.

Ingruunt morbi gentibus vniuerſis.Plin.

Inijci in morbum.Cic. **To be caſte into a diſeaſe.**

Intabeſcere morbo.Cic. **To pine away with.**

Inuaſit morbus.Plaut. **He fell ſicke: a diſeaſe attached him.**

Iurare morbum,Vide IVRO.

Laborare morbo.Cic. **To be ſicke.**

Languebant pleraque morbo.Lucret.

Leuare morbum alicui,Vide LEVIS.

Leuari morbo.Cic. **To be eaſed of his ſickneſſe.**

Mederi morbis.Quintil. **To cure.**

Moriturus inerti morbo.Ouid. Mutare morbum.Celſ.

Nec tibi vis morbi nocuit. Ouid. **Neither did the diſeaſe hurte thee.**

Occupat morbus. Celſ. **A diſeaſe taketh him or commeth vpon him.** Venienti occurrite morbo.Perſ.

Oppreſſa eſt morbo mulier.Cic. **The woman fell ſicke.**

Perire morbis.Horat.

Ingraueſcentem morbum præuidere,Vide INGRAVO.

Recreari è morbo.Cic. **To recouer after ſickeneſſe.**

Releuare morbum.Cic. **To eaſe.**

Releuari morbo.Cic. **To be eaſed of.**

Remouere morbum.Cic. **To put away.**

Exangui ſqualebant corpora morbo.Ouid.

In morbo eſſe.Cic. **To be ſicke.**

Suſtinere morbum.Celſ.

Teneri morbo.Celſus. **To be ſicke.**

Tentari morbo.Cic. **To be attached with a ſickeneſſe.**

Tollere morbum.Celſus.

Vacare morbo.Celſ. **To be without diſeaſe.**

Vacare à morbis.Celſus.

Morbus vincit medicamenta.Celſ. **The diſeaſe is ſtronger then the medicine.** Vrgeri morbo.Cic.

Mórbidus,pen.cor.Adiectiuum.Varro.Plin. **Sicke,or ſcabbed.**

Morbidus aer.Lucret. **A corrupte and naughtie ayer apte to breede ſickeneſſe.**

Morbida vis.Lucret. **Contagion of ſickeneſſe:an infectiõ apte to bryng ſickeneſſe.**

Morbôſus,pen.prod.Adiect.Varro. **Full of ſickeneſſe : ſickely.**

Iracundi,ſoli morboſi.Cic.

Morbificus,a,cum. **That cauſeth ſickeneſſe.**

Mordeo,mordes,momordi,morſum,mordêre. **To bite.**

Momordi.Ouid.

Morſi aliquando fecit in præterito.Plaut.

Latrant & mordent canes.Cic.

Mordere humum.Plautus. **To gnaw the grounde.**

Frænum mordere,Vide FRAENVM.

Mordere herba dicitur ſapore acri.Plin. **To haue a biting taſt.**

Aeſtus momordit oleam.Horat. **The heate hath parched the oliue.** Amnis mordet rura aqua.Horat.

¶ Mordere,per tranſlationem.Terent. **To backebite: to detracte:to ſpeake ill of: to rebuke ſharpely: to greue.**

Mordere clanculũ.Terẽt. **To ſpeake il behinde ones backe.**

Iniquo dente mordere.Ouid. **To ſclaunder and backebite.**

Dente inuido mordeor.Horat. **I am maliciouſly ſclaũdered.**

Morderi dictis.Ouid.

Opprobrijs falſis morderi.Horat.

¶ Si qua ſunt in tuis literis quæ me mordeant.Cicer. **If there be any thinge in your letters that nippe or taunte me:or that may greue me.**

Valde me momorderũt epiſtolæ tuæ. **Thy letters did much greue me,or pinche me at the ſtomake.**

Si paupertas momordit,ſi ignominia pupugit.Cic.

Frigora mordent parum cautos.Horat.

Morderi conſcientia.Cic. **To haue a pricke and remorſe of conſcience.**

Morſus,Participium.Plin. **Bitten : gnawen.**

Morſus,huius morſus,m g.Cic. **A bitte with the teeth: a taũte or rebuke : ſclaunder : griefe: paine: pinchynge by the ſtomake. The bucklyng of harneſſe.**

Viperinus morſus.Cic. Funeſto morſu ſaucius.Ouid.

Apprehendere morſu.Plin. **To take in the teeth.**

Fero conſumite viſcera morſu.Ouid.

Corripere morſu.Plin. **To take in his mouth and bite.**

A pecoris morſu frondes defendite noſtras. Ouid. **From the browſinge of cattaile.**

Nec tu menſarum morſus horreſce.Virg.

Inferre morſus alicui.Ouid. **To bite.**

Lacerare morſu viſcera.Cic. **To teare with the teeth.**

Leo parat morſus.Seneca. Premere morſu.Lucret.

¶ Citra morſum.Plin.

¶ Bibere morſu,Vide BIBO.

¶ Vnci morſus anchoræ.Lucan. **Anchores that haue crookes to faſten in the grounde.**

Ex mulierum morſu veſtigia libidinis atque nequitiæ.Cic.

¶ Dolor corporis , cuius eſt morſus acerrimus , perferetur, ſpe propoſita boni. Cic. Ache of the body the payne wherof is moſt greeuous, will be ſuffered, &c.

Morſus & contractiunculæ animi relinquentur. Ci. Remorſe and griefe of conſcience ſhall be lefte.

Sopitus necis morſus. Sil. The ſenſe of death dulled with much drynkyng.

¶ Morſus, pro Inuidia & detractione: vt

Inſequi morſibus aliquem. Ouid. To backebite & rayle at.

Acres incitare morſus. Catull.

Venenare morſu. Horat.

Morſiúncula, læ, f.g. pen. cor. Diminutiuum. Plaut. A littell bit or ſnatch: a taunte: a nippe.

Morſicatim. Bytyng one an other.

Mordax, mordâcis, pen. prod. om. gen. Plautus. He that biteth be it with teeth or wordes: that ſtingeth.

Mordax canis. Plaut.

Ferro mordaci icta pinus. Horat. The Pine tree cutte with a ſharpe axe.

Mordax folium. Plin. A leafe that hath a bityng taſt.

Vis pruritu mordax. Plin. Hauyng a ſtrength to ſtynge like a nettell.

Mordax homo. Cic. A backebiter or ſclaunderer.

Liuidus & mordax. Horat.

Non ego mordaci diſtrinxi carmine quenquam. Ouid. I haue not in any tauntyng verſe ſpoke euil of any man.

Sollicitudines mordaces. Horat. Nipping or pinching cares.

Mordaciſsimus, pen. cor. Superlatiuum. Plin. Very bityng and ſharpe.

Mordácitas, pen. cor. mordacitâtis, f.g. Plin. Bityng: ſharpeneſſe of wordes.

Mórdicus, pen. cor. Aduerbium. Plaut. Bityng harde: holdynge with the teeth.

Diuellere mordicus agnam. Horat. with his mouth to pull away the lamme.

Auferre mordicus auriculam alicuius. Cic. To bite of ones eare.

Paludamentum mordicus trahens. Suet. Drawyng his coate armour in his mouth.

Mordicus tenere, per tranſlationem. Cic. To holde faſte: to perſiſt oſtinately in his opinion.

Moretum, moreti, pen. prod. n. gen. Virgil. A kinde of cakes made of mylke, wine, cheeſe, and hearbes.

Moria, æ, f.g. Foly.

Moribundus, Vide Morior in MORS.

Morigeor, &c. Vide MOS.

Morio, moriônis, m.g. Mart. A foole.

Morion. A certayne ſtone: alſo the male mandragge.

Moriror, Vide MORS.

Moror, morâris, moratus ſum, morári. Quint. To tary: to abide, reſt, dwell, or continue in a place: to let or cauſe to tarie: to paſſe for or eſteeme.

Quid me pater adhuc retines? quid moraris abeuntē? Quint. why make you him tary, that woulde be gonne?

Gladium educere conantis dextram moratur manum. Cæſ. He ſtayed or letted his right hande as he was about to draw out his ſworde.

Egomet conuiuas moror. Terent. I cauſe my geſtes to tary on me.

Diutius morari. Cic.

Longius morari in loco aliquo. Propert. To tary longer in a place.

Longo morari tempore. Virg.

Morari emori. Catul. To deferre to die.

Iter alicuius morari. Ouid.

Longa ambage aliquē morari. Ouid. To ſtay one with long circumſtance of wordes.

Carmina morantur oculos alicuius, auréſque. Horat. Verſes holde attent both eyes and eares.

Eamus intrò. PH. non moror. Plautus. I am ready: you ſhall not tary on me.

-ne affinem morer,   Quin vt accerſat me, meam, &c. Plaut.
That I may not cauſe my coſin to ſtay, or tary on me.

Ac ne pluribus moremur in re confeſſa, in regione Italiæ octaua, &c. Plin. And not to make any longer proceſſe in a matter euident and playne.

Circa aliquid morari. Horat.

¶ Diutius morari aut expectare præſidiū, non neceſſe habui. Lentulus. To tary and looke for.

¶ Morari. Brutus ad Ciceronē. To tary or abide in a place.

Pauliſper apud oppidum morati. Cæſar.

Morari apud aliquem. Pomponius. To tary at ones houſe.

Morari cum aliquo, Idem. Scæuola.

In vrbe morari. Ouid. To abide or dwell in the citie.

Sub dio morari. Horat.

¶ Clamores, imperia, purpuram nihil moror. Plaut. I eſteme not ſhoutes or cryes, kingdomes, princely apparel, &c.

Mihi negauit eius operam ſe morarier. Plaut. He ſayde to me he paſſed not for his healpe.

Nihil ne ego quidem moror quominus Decemuiratu abeam Liuius. I refuſe not, or paſſe not to geue ouer my office of, &c.

Morari ſolutionem. Paulus. To deferre the payment.

¶ Morandi, morando, morandum, Gerundium. Virg.
-ipſúmque morando   Suſtinuit.

Morans, morantis, Participium. Mart. Virg. Tarying.

Reditum alicuius morans. Horat. Staying ones returne.

Morâtus, pen. prod. Aliud participium, Liu. That hath taryed or abidden.

Non multis ille moratus. Ouid. He makyng no long delay.

Haud multa moratus dat dextram iuueni. Virg.

Ira morata. Ouid.

Oſcula ſunt labris noſtra morata tuis. Propert.

Planta morata expanſo gradu. Propert.

Vultum diu tellure moratum erexit. Ouid.

Morandus, Aliud párticipium: vt

Fraude aliqua morandus eſt pater. Ouid. wee muſt ſtaye my father, or make him tarie by ſome craftie meane.

Spectator morandus illecebris, & grata nouitate. Horat.

Morâtor, pen. prod. toris, m.g. Verbale. Liu. A tarier: a ſtayer: a letter or hinderer.

Moratórius, Adiectiuum. Belongyng to tariyng. vt Moratoria cautio. Paulus. A caution of reſpite or delay to pay a thing.

Moros, Græcè, Latinè fatuus & inſipiens dicitur. Plaut.

Morari, prima longa, Inſanire ſignificat. Sueto. To doate or play the foole.

Morologus, Moroſus, &c. Vide MOS.

Mors, mortis. Cic. Death.

¶ Mortes, Plural. Cic. Præclaræ mortes ſunt imperatoriæ.

Iuſta exequialia mortis. Stat. The ſolemnities of burial.

Fax mortis. Ouid. A torche borne at funeralles.

Gradus. Horatius.
Ianua. Sil.   Imago mortis, ſomnus. Cic.
Imago. Virg.   Laquei. Horat. The ſnares of.
Metæ. Virg.   Fallaces notæ mortis & vitæ.
Mora. Ouid.   Celſus.
Nigror. Lucret.   Solamen. Ouid.
¶ Acerba mors. Ouid.
Admota. Stat.   Cita. Horat.
Aegra. Virg.   Claræ mortes. Cic.
Amara. Propert.   Communis omni ætati. Cic.
Bona. Plin. iunior.   Complorata mors. Cic.
Conſentanea mors. Vide Conſentaneus in CONSENTIO.
Cruenta mors. Horat.   Inhoneſta. Liu.
Definita omnibus. Cic. Death deſtined to all men.
Inſtans. Sil.
Deliberata. Horat.   Inuidioſior. Ouid.
Dira. Seneca.   Iuſta. Horat.
Diſcreta. Ouid.   Non inuiſa eſt mors iſta mihi.
Dubia. Virg.   Seneca.
Dura. Virg.   Lurida. Sil.
Extrema iam in morte. Virgil. Euen at the very poyncte of death.   Merita. Virg.
Famoſa. Horat.   Miſera. Quint.
Fera. Ouid.   Nec opina. Ouid.
Fortunata. Cic. An happy death.   Obita. Lucret.
Gelida. Ouid.   Pallida. Horat.
Grauis. Quint.   Placida. Virg.
Honeſta. Cic.   Pulchra. Virg.
Horrida. Seneca.   Pulcherrima. Plin. iunior.
Ignobilis, Vide IGNOBILIS.

Rapax. Tib Repentina. Cic.
Immatura, Vide IMMATVRVS.
Sicca. Iuuenal. Death without bloudſhed.
Immitis. Tibul.
Importuna Ouid.
Indigna. Virg.
Indiuidua. Seneca.
Indomita. Horat.
Squalida. Seneca.
Subita. Virg.
Triſtis. Virg.
Turpis. Lucret.
¶ Abſtulit mors Achillem. Horat.
Abſumi morte, Vide ABSVMO.
Accelerare mortem. Lucret. Vide ACCELERO.
Accerſere mortem. Lucan. To pꝛocure his owne death : to kyll him ſelfe.
Turpis mors forti viro non poteſt accidere. Cic. An honeſt man can not die a diſhoneſt death.
Loca mortis adire. Ouid.
Afferre mortem alicui. Seruius Ciceroni. To kill one.
Afficere morte, Idem. Cic.
Pœnis ac mortibus afficiuntur. Columel. They be puniſhed and put to death.
Anteponenda ſeruituti turpitudiniſque mors. Cic.
Appetere mortem. Cic. To wyſhe to die.
Iuſta morte cecidêre Centauri. Horat. weare iuſtly ſlaine.
Capere plures mortes. Quint. To dye many deathes.
Honore mortis carentes. Virg.
Mors atris circumuolat alis. Horat.
Vitam cum morte commutare. Seruius Ciceroni. To die.
Conficere extremum diem morte. Cic. To die: to ende his life: to finiſh his laſt day.
Conſciſcere ſibi mortem, Vide CONSCISCO.
Conſecuta mors matrem, Vide CONSEQVOR.
Immiti conſumptus morte. Tibul.
Contemnere mortem. Seneca.
Inſtructus ad mortem contemnēdam. Cic. Armed to contemne deathe.
Conceptam mortem præcordijs continere. Cic.
Damnatus morti. Lucret.
Debemur morti nos, noſtráque. Horat. Both wee and all that is ours are dew debte to death.
Decreta mors eſt. Seneca.
Dedere aliquem morti, Vide DEDO.
Demittere aliquem morti. Virg. To put to death.
Depellere mortem. Ouid.
Deprecari mortem. Ouid. Vide DEPRECOR.
Deuincere mortem. Seneca.
Deuota morti pectora. Horat.
Anima dirempta morte. Lucret.
Dare morti aliquem. Horat. To kill : to put to death.
Omnes per mortes animam ſontē dare. Virg. To dye by many tourmentes and puniſhmentes.
Duci ad mortem. Cic.
Eripere aliquem morti. Virg. To ſalfe from death.
Exigere mortem. Seneca. To put to death to kill.
Pœnam exigere morte. Seneca. To puniſh by death.
Mors eximit infœlicitates. Lucret.
Honeſta mors ſæpe vitam turpem exornat. Cic.
Vulnera non explent mortem. Lucan. His woundes doo not thꝛoughly kill him.
Manu facta mors. Ouid. Finire dolores morte. Ouid.
Nunquam fugienda mors honeſta. Matius Ciceroni.
Functus morte. Ouid. Dead.
Tormenta malæ conſcientiæ in morte graueſcunt. Lucret. The toꝛment of a gnawyng oꝛ bytyng conſcience at the time of death waxeth greeuous.
Habere mortem in procinctu. Quint. To be in pꝛeſent daūger of death.
Horrere mortem. Virg.
Illachrymare morti alicuius, Vide ILLACHRYMO.
Mors imitata quietem. Stat.
Imminet & impendet mors. Cic.
Imperare mortem alicui. Seneca. To commaunde one to be put to death.
Mortem ſenioribus imputat annis. Ouid.
Inferre mortem, Vide INFERO.
Præſentémque viris intentant omnia mortem. Virg. Al thinges manace pꝛeſent death.
Interire morte. Ouid. To dye.
Mors res interimit. Lucret.
Inuenire mortem manu. Virg. To kill him ſelfe.
Viam mortis inueniam. Seneca. Irrumpere mortes. Ouid.
Luctari morti. Sil. To ſtriue agaynſt death.
Luere quippiam morte. Cic. Vide LVO.
Mactare morte, Vide MACTO.
Maturare alicui mortem, Vide MATVRVS.
Minari mortem alicui. Quint. To menace to kill one.
Mitti ad mortem. Cic. To be ſent to death.
Multari morte. Quint. To be put to death.
Multare triſti morte, Vide MVLTO.
Mortem obire. Cic. To die.
Morti aliquē obijcere. Cic. To put one in daunger of death.
Occumbere morti, mortē, & morte, Vide OCCVMBO. Cic. Virg.
Occupauit eum mors, Vide OCCVPO.
Offerre mortem alicui. To kill one. Cic. Eadem ſibi manu vitam exhauſiſſe, qua mortem ſæpe hoſtibus obtuliſſet.
Oppetere mortem. Cic. To die.
Claræ mortes pro patria oppetitę. Cic. Death foꝛ ones countrey is honoꝛable.
Opponere aliquem morti. Virg. To put one in daunger of death.
Orare mortem. Virg. To deſire to be put to death.
Immobilis & extentus fidem peractæ mortis impleuit. Plin. iunior. He liyng alonge without mouing made men beleeue that he was dead in deede.
Nec-opina morte perdere aliquem. Ouid.
Merita morte perire. Virg.
Indigna morte peremptus. Virg. Cruelly ſlayne.
Poſcere mortem. Sil. Precari mortem. Ouid.
Premere aliquem mortibus. Lucan.
Importuna mors omne ſacrum profanat. Ouid.
Pulchram properat per vulnera mortem. Virg.
Rigida proſtrati morte iacebant. Lucret.
Placida morte quieuit. Virg.
Reducere aliquem à morte. Virg. To deliuer from death.
Satisfacere morti. Quint. To kyll thꝛoughly.
Miſeram ſolari mortem. Virg.
Sternere aliquem morti. Virg. To kyll.
Sternere aliquem ſubita morte. Virg.
Media iam morte tenetur. Virg.
Tranſire in mortem. Quint.
Vadimus haud dubiam in mortem. Virg.
Mors immatura vagatur. Lucret.
Dira mors ante oculos vagatur. Seneca.
¶ Hinc rerum omnium obliuio, mórſque memoriæ. Plin.
Morior, morîris, pen. prod. vel móreris, pen. corr. mortuus ſum, mori & moríri, pen. prod. Terent. To die : to be ſlayne.
-certum eſt moriri, quàm hunc pati Lenonem in me graſſari. Plaut. I am determined rather to die than to ſuffer, &c.
Moriendum certè eſt, & id incertum an eo ipſo die. Cic.
Panſa ex vulneribus mortuus. Cic. Panſa died of his woundes that he had taken.
Ab enſe mori. Lucan. To be ſlayne with a ſwooꝛde.
Moriebatur in ſtudio dimetiendi cæli. Cic.
Immeritus mori. Horat. woꝛthy neuer to dye.
Per vim mori. Horat. To be ſlayne by violence.
Ante diem morior. Ouid. Acrius mori. Propert.
Aequiſsimo animo moritur ſapientiſsimus quiſque, ſtultiſsimus iniquiſsimo. Cic.
Inſano amore mori. Ouid.
Curis morior. Tibul. Frigore mori. Horat.
Deſyderio alicuius mori. Cic. To long merueilouſly foꝛ one.
Letho moriêre virorum. Stat.
¶ Nunquam veſtrorum in nos beneficiorū memoria ac fama morietur. Cic. Your benefites towarde vs ſhall neuer be foꝛgotten.
Meriti morietur gloria veſtri. Oui. The gloꝛy of your benefite ſhall peryſh, decay, oꝛ be foꝛgotten.
Memoria ſuauiſsimi hominis ne moriatur. Cicero. That the moſt ſweete and pleaſant man may not be foꝛgotten.

Vt iſte ſermo deliciarum moreretur. Cic.

Ve illis virgis miſeris, quæ hodie in tergo morientur meo. Plaut. **That ſhall this day be waſted on my backe.**

Vnguentum ſuis horis moritur. Plin. **An oyntment or ſweet oyle decayeth in the time of the vſe of it.**

¶ Moriar, Iurandi verbum, quemadmodum Diſpeream. Cic. **I pray god I die.**

Moriar, ſi magis gauderem. &c. Cic.

Moriar, ni puto, &c. Cic.

Moriens, Participium. **Dying.** vt Lumina morientia. Ouid.

Digiti morientes. Ouid. Herba moriens. Virg.

Lingua moriens. Ouid.

Mortuus, Aliud participium. Plaut. **Dead: with out courage or ſpirite.**

Lacerti ſenis athletæ mortui. Cic.

Plauſus mortuus. Cic.

Concedit mortuus veneno poto Themiſtocles. Cic.

Mortuo verba facere. Plaut. **To tell his tale to a dead man: to ſpende his labour in vayne.**

Verba fiunt mortuo. Terent. **This is but loſt labour.**

A mortuo tributum exigere, vel colligere. Ariſtoteles.

Excitare aliquem à mortuis. Cic. **To rayſe frō death to life.**

Moritûrus, pen. prod. Aliud participium. **That will die.**

Moribundus, Adiectiuum. Cic. **Diyng: ready to dye.**

Hoſtia moribunda cecidit. Virg.

Ora moribunda. Propert. Pectus moribundum. Ouid.

Vox moribunda. Stat.

Mortâlis, & hoc mortâle, pen. prod. Cic. **Mortall: deadly: ſubiecte to death: that ſhall peryſh.**

Acta deos nunquam mortalia fallunt. Ouid. **God knoweth well all mortall mens doynges & can not be deceyued.**

Pro mortali conditione, vitæ immortalitatem conſequi. Cic.

Corpora mortalia. Cic.

Factis perſequi quod dicimus.Plaut. To doo in deede, that wee ſpeake in wordes.

Feras perſequi.Ouid. To hunte wilde beaſtes.

Hæreditates aut ſyngraphas ſuas perſequi.Cic. To ſue for,&c

Imperium patris perſequi.Plautus. To doo his fathers commaundement.

Incœpta perſequi.Liuius. To purſue or continue to an ende that he hath begunne.

Inimicitias paternas perſequi.Cic. To continue the reuengement of that enmitie that his father before him hadde conceyued.

Iniurias perſequi,Idem.Cic. To reuenge iniuries.

Inſtituta alicuius ſeruare, & veſtigijs perſequi.Cic. To keepe ones ordinances,and to folow them in euery poyncte as it were ſteppe by ſteppe.

Ius ſuum perſequi.Cic. To perſue and defende his right.

Philoſophiam Latinis literis perſequi.Cic. In latine to wryte of the courſe of philoſophie.

Mandata alicuius perſequi & conficere.Cic.

Mores patris perſequi.Plautus. To endeuour to folow his fathers maners.

Mortem alicuius perſequi.Cic. To reuenge.

Numeris curſus ſyderum perſequi.Cicero. To recken vp the courſes of the planets : to calculate,&c.

Odio perſequitur omnes.Seneca. He hateth all men.

Otium perſequi.Horat. To continue to be idle.

Pœnas alicuius perſequi.Cic. To reuenge ones death.

Promiſſa alterius perſequi.Plautus. To ſolicite or call vpon one to keepe his promyſſe.

Quæſtiones infinitas perſequi.Cic. To proſecute queſtions infinite.

Rem ſuam perſequi.Cic. To proſecute.

Commodiſsimè has res perſecutus eſt Xenophon in eo libro qui,&c.Cic. Xenophon hath written very well of theſe matters.

Scelus ſuum perſequi.Ouid.

Scriptura perſequi.Cic. To write : to put in writyng.

Sectam aliquorum hominum perſequi.Cic. To folow.

Stylum alicuius perſequi.Cecinna Ciceroni. To folow or imitate ones ſtyle.

Superſtitio quocunque te verteris perſequitur.Cic.

Verſibus aliqua perſequi.Cic. To write thynges in verſes.

Veſtigia alicuius perſequi.Cic. To folow ones ſteppes.

Viam perſequi.Terent. To continue on his way that he is goynge.

Vitam inopem & vagam perſequi.Cic. To continue to lead a poore lyfe.

Vita perſequi diſciplinam rectè viuendi.Cic. To liue accordyng to the doctrine of honeſt lyfe and behauiour.

Vitem relictam perſequitur attondens curuo dente.Virgil.

Vitia aliquem perſequuntur ab inſtitutione puerili.Quintil. Vices folow one euē from his bringyng vp in his childhoode.

Voce aliquid perſequi.Cic. To ſpeake of a thynge : to declare or proſecute it in wordes.

Voluptates cuiuſque modi perſequi.Cic. To addicte & geeue him ſelfe to all kinde of ſenſuall pleaſure.

Nominatim voluptates omnes perſequitur Epicurus.Cicero. Epicure rekeneth vp all ſenſuall pleaſures by name.

Pérſequens,pen.cor.Nomen ex Participio. Purſuyng: continuyng to folow.vt Perſequens flagitij.Plaut. Continuyng to do a naughty acte.

Perſequendus,Participium.Cic.

Perſecutio,onis,fœm.gen.Verbale.Cic. Purſute:perſecution : proſecuting.

Perſector,perſectâris,perſectâri.Lucretius. To folow,purſue and ſearche diligently.

Perſeuero,perſeuéras,pen.prod.perſeuerâre.Cic. To continue, or abyde with a ſtedfaſt minde.

Conſtanter perſeuerare.Curius ad Ciceronem.

Ad vltimum perſeuerâre.Liu. To continue conſtantly to the ende.

In aliquo perſeuerare.Cæſ. To continue ſtill in a thyng.

In conſtantia perſeuerare.Cic.

In errore perſeuerare,nullius,niſi inſipientis eſt : errare cuiuſuis hominis.Cic.

In labore vno perſeuerare.Quintil.

In propoſito perſeuerâre.Liu.

In eadem ſententia perſeuerare.Cic.

Perſeuerare & permanere in ſua vetere ſententia.Cic.

In vitijs perſeuerare.Cic.

In proprium vſum perſeuerare.Quint.

¶ Perſeuerâtum eſt, Imperſonale.Cicero, Non eſt ab iſto primo illo aduentu perſeueratum.

Perſeuérans,pen.prod.Nomen ex participio. Continuyng ſtedfaſtly.Columella,

Perſeuerantiſsimo colendorum agrorum ſtudio.

Perſeueránter,perſeuerantius , perſeuerantiſsimè,Aduerbium. Columella.Liu. Conſtantly:ſtedfaſtly.

Perſeueranter obtinere.Plin.

Vereor ne perſeuerantius ſæuiant.Liu.

Perſeuerantia,huius perſeuerantiæ,fœm gen.Cic. A ſtable abidyng in a thyng reaſonable:conſtancie.

Conſtantia,grauitas,perſeuerantia retinenda eſt.Cic.

Retinere perſeuerantiam ſententiæ ſuæ.Cic. Conſtantly to abide in his opinion.

Perſeuerus,pen.prod.Adiectiuum. Very ſeuere or rigorous. vt Imperium perſeuerum.Tacit.

Perſia,ſeu Perſis,Pérſidis:& Pérſida,Perſidæ.Virg. The realme of Perſia.

Perſicus,pen.cor.Adiect.Iuuenal. Of Perſia.

Perſicus apparatus.Horat. Sumptuous and coſtly prouiſion or furniture. Ornatus Perſicus.Ouid.

¶ Perſica mala.Plin. The fruite called peaches.

Perſicaria,æ,fœm.gen. The hearbe Arſeſmarte , as ſome thynke.

Perſideo,pérſides,pen.cor.perſédi,pen.pro.perſeſſum, perſidêre Plin. To ſitte bye : to abyde ſtill.

Pruina lapſa perſidet,gelâtque.Plin.

Perſido,persídis,pen.prod.perſédi,perſeſſum,persídere.Lucret. To ſinke,go downe,or ſettle to the bottome.

-ubi frigidus imber Altius ad viuum perſedit.Virgil. Hath perſed dieper to the quicke.

Perſigno,perſignas,perſignâre.Liu. To ſigne.

Perſimilis,& hoc perſimile,pen.cor.Cic. Very lyke.

Perſiſto,perſiſtis,pérſtiti,pérſtitum,pen.cor.perſiſtere.Liu. To abyde : to continue or tarie to the ende.

Niſi in eadem impudentia perſiſtas.Liu.

Pertinaciſsimus fueris ſi in eo perſtiteris.Cic.

Perſolata,huius perſolátæ,pen.prod.Herba.Plin. The hearbe called Cloates that beareth the greate Burre. Dicitur & Perſonata.

Perſolido , perſólidas , penult. corr. perſolidâre , Idem quod ſimplex Solido.Statius. To make ſounde or harde : to congeale : to frieſe.

Perſoluo,perſoluis,perſolui,perſolûtum, pen. prod.perſoluere. To pay truely:to pay all:to accompliſh.

Ab aliquo perſoluere.Cic.Vide AB.

Perſolui primæ epiſtolæ,venio ad ſecundam.Cic. I haue anſwered thoſe thynges that you wrate in your fyrſt letter,now I come,&c.

Grates perſoluere dignas.Virg. To yelde worthy thankes.

Perſolui gratia non poteſt nec malo patri.Quint. A man can not requite no not an ill father.

Honorem perſoluere alicui.Virg.

Officium receptum perſoluere.Cic. To perfourme the pleaſure or benefite that he promiſed to doo.

Pœnas perſoluere.Cic. To be puniſhed:to make amendes.

Pœnas Reip.graues iuſtáſque perſoluit,Cicero. He was greeuouſly and iuſtly puniſhed for the miſchiefe he wrought towarde the comm on weale, Pœnas dijs hominibúſq; meritas debitaſq; perſoluat. Cic. Let him be duely and worthyly puniſhed for his naughtie offence both towarde god and man.

Pœnas perſolues mihi ſanguine. Virg. Thou ſhalt dye, or I wyll ſee thy bloud for this.

Præmia promiſſa perſoluere. Ouid.

Promiſſum perſoluere. Cic. To doo that he promiſed.

Quæſtionem perſoluere. Cic. To ſoyle a queſtion.

Rationem officij perſoluere. Cic. To make an accompt how he hath doone his dutie.

Stipendium perſoluere. Cic. To pay wages.

Vota perſoluere. Propert. To accompliſh his vow.

Perſolus, pen. prod. Adiectiuũ. All alone without company. vt Perſolæ nugæ. Plaut. Nothyng but very toyes and trifles.

Perſona, perſónæ, pen. prod. fœm. gen. Cicero. The qualitie or ſtate wherby one man differeth from an other, as Hector & Priamus by the ſtate of a ſõne. alſo a perſon or perſonage: a man or woman: a viſour like a mans face.

Digna tua perſona quæ ſunt, ea reminiſcere. Seruius Ciceroni. whiche are meete for your ſtate or qualitie.

¶ Pacifica perſona. Cic. A peaſible man.

Medicos nihil tentaſſe iudico: quia nemo in ſplendida perſona periclitari voluerit coniectura ſua: ne, ſi non ſeruaſſet, occidiſſe videretur. Celſus. Becauſe no man will aduenture vpon coniecture in a noble perſonage, leaſt, &c.

Heroicæ perſonæ, Medea & Atreus. Cic.

Integra perſona, Vide INTEGER.

Obſcuræ perſonæ. Cic. Baſe perſons.

Contrahere perſonas ad aliquod negotium. Plin. iun. To gather together men for any purpoſe.

Mea perſona ad iſtam pacem conciliandam minimè fuit deligenda. Cicero. My perſon is not to be choſen, I am not meete to be ſent to make this agreemente.

Non alienum fuit perſonas quaſdam à vobis recognoſci. Cic. It was not beſyde the purpoſe for you to conſider certayne perſons.

Hominum innumerabiles perſonæ. Cic.

Colliduntur perſonæ inter ſe. Quint.

Inuadere perſonas fauorabiles. Quint.

¶ Perſona. Plin. A viſour reſembyng a face. vt, Perſona adijcitur capiti. Plin.

¶ Perſona. Terent. A perſonage or parte in a play. Paraſiti perſona. Terent.

Cerea perſona. Lucret. An image of waxe.

Illam grauitatis ſeueritatíſque perſonam non appetiui. Cic. I neuer deſyred that appearance of grauitie and ſeueritie in my life, or to ſhew in my lyfe ſuche grauitie and ſeueritie.

Conuenientes perſonæ. Quint. Meete partes.

¶ Abijcere perſonam vnam & Sumere, contraria. Cic.

Adumbrare perſonam. Cic.

Aptare perſonam Herculis infantibus. Quint. To make children to repreſent Hercules parte.

Capere perſonam. Cic. To take vpon him ſome perſonage, as of a Conſull or other officer.

Alienam ferre perſonam. Liu. To counterfayte him ſelfe to be that he is not: to pretende, or make ſhew to be whom he is not.

Vtranque perſonam ferre. Horat. To counterfayte or repreſente bothe partes.

Nouam formare perſonam. Horat.

Illigare perſonas graues ſermonibus, Vide ILLIGO.

Imponere alicui perſonam. Cic. To geeue a charge or office to one to doo.

Imponere alicui perſonam calumniæ. Cic. To make one be taken or reputed for a falſe accuſer.

Imponere perſonam improbam alicui. Cic. To make one to ſerue his turne in committyng a naughtie acte.

Vehementem & acrem perſonam, quã mihi tempus & Reſp. impoſuit, iam voluntas & natura ipſa detraxit. Cicero. will now and nature hath taken from me that vehemencie and ſharpeneſſe of dealyng whiche the ſtate of time and our common weale did conſtrayne me to vſe.

Induere perſonam, Vide INDVO.

Introducuntur perſonæ in dialogis. Cic.

Seruire perſonæ. Cic. To behaue him ſelfe accordyng to the parte that he playeth.

Subſtituere perſonas. Quint.

Suſcipere perſonam alicuius. Quintil. To take vpon him to repreſent one or to play his parte.

Suſtineo vnus tres perſonas, meam, aduerſarij, iudicis. Cic. I onely haue in me three perſons or partes, mine owne, the parte of the aduerſarie, and of a iudge.

Grauiſſimam ſuſtinet perſonam, qui philoſophiam profitetur. Cicero.

Quam perſonam teneant, aut quid profiteantur, non intelligunt. Cicero. They vnderſtande not what perſon they repreſent.

Tractare perſonam alicuius. Quintil.

Tueri perſonam principis, magnum eſt in Republica. Cic. It is a greate matter in a common weale to keepe the maieſtie of a prince.

¶ Perſonæ. Vlpian. Gargelles and ſuche lyke images made in buildynges.

Perſonâtus, pen. prod. Adiectiuum. Horat. That hath a parte in a play.

Perſonatus. Cic. A maſker: one diſguiſed: that weareth a viſour: that taketh on him that he is not.

Perſonata fœlicitas. Counterfayted felicitie.

Perſonata vulnera. Hidden woundes.

Perſonâlis, & hoc perſonâle, pen. prod. Vlpian. Belongynge to the perſon: perſonall.

Perſouata, huius perſonâtæ, pen. prod. Plin. Clote or the great burre.

Dicitur & perſolata.

Perſonatia, huius perſonatiæ, Herba eadem. Plin.

Perſono, pérſonas, pen. cor. perſónui, per. onâre. Cic. To ſowne out or perfitely: to make a great noyſe: to crie out aloude with a full mouth.

Per vrbem totam perſonat. Valer. Flac. He ryngeth ouer all the citie.

Auratâ citharâ perſonat Iopas. Virgil. Iopas playeth on his golden harpe.

Tibia perſonuit ſolenni cantu. Ouid.

Aurem alicuius perſonare. Horat. To crie or rynge at ones eare.

Perſonant aures voce aliqua. Cic. That voyce ryngeth ſtil at his eares: he heareth that continually.

Perſonare tumultu. Liu. In a tumult to make a great noiſe.

Ab ætherio perſonat axe fragor. Ouid.

Domus perſonuit canibus. Horat. The houſe did rynge with barkyng of dogges.

Perſonat domus cantu tibiarum. Cic. All the houſe ryngeth with minſtrelſie and pipyng.

Quotidiano cantu vocum & neruorum, nocturníſque conuiuijs tota vicinitas perſonat. Cic. Al that quarter ringeth with ſyngyng, minſtrelſie, and noyſe of night feaſtyng & bankettyng.

Perſonabaut omnia vocibus ebriorum. Cic.

Saxa perſonuere dulci fiſtula. Horat.

Vlulatus perſonant tota vrbe. Liu. waylynge and weepyng is heard ouer all the citie.

Pérſonus, pen. cor. Adiect. Valer. Flac. That ſowneth all ouer.

Perſorbeo, perſorbes, perſórbui vel perſorpſi, perſorptum, perſorbêre. Plin. To ſuppe all vp.

Perſpeculor, pen. corr. perſpeculâris, perſpeculâri. Plin. To beholde, view, or looke aboute diligently.

Perſpergo, perſpergis, perſperſi, perſperſum, perſpérgere. Cic. To ſprynckle or caſt all ouer.

Quo tanquam ſale perſpergatur omnis oratio. Cic.

Perſpicio, pérſpicis, pen. corr. perſpexi, perſpectum, perſpicere. Terent. To ſee or vnderſtande playnely: to perceyue manifeſtly and clearely.

Poſtquam perſpexi ſalua eſſe intus omnia. Plautus. After I perceiued well, &c.

Perſpicere vnde natus ſit error. Cic.

Non ſatis perſpicio iſta varietas quæ ſit. Cicero. I doo not wel perceiue or vnderſtande.

Cum conſilio & cura rem aliquam perſpicere. Cic. with good aduiſe and diligence to vnderſtande.

Altius perſpicere, Vide ALTVS.

Facillimè & optimè perſpicere. Cic.

Funditus perſpicere omnes res geſtas. Lucret.

Rectius perſpicere aliquid. Lucret.

Perſpicere & pertractare totam cauſam. Cic.

Perſpicere coniectura. Cic. To ſee or perceiue by coniecture.

Cura vigili perſpexerat omnia. Ouid.

Fidem alicuius perſpicere. Cic.

Fronte (vt aiunt) meum erga te amorem perſpicere potuiſſes. Cicero. By my face or countenance (as they ſay) you might, &c. Naturam loci perſpicere. Cæſar.

Se perſpicere, totúmque tentare. Cic. Diligently to view and trie himſelfe throughly.

Virtutem & integritatem alicuius perſpicere. Cic.

Voluntatem alterius perſpicere. Cic.

Perſpectus, Participium. Cæſar. Plainely perceiued or knowen: manifeſt: euident.

Amicitia perſpecta. Catull. Surely knowen & tried friẽdſhip.

Perſpectum, cognitum, iudicatum animum alicuius habere. Cic. Throughly to vnderſtande, know and diſcerne what minde one is of.

Vita aliquorum in rebus honeſtis atq; magnis perſpecta. Cic.

Perſpecta & explorata omnia ad aliquem perſcribere, Cic.

Perſpectus, Nomen ex participio. Cicero, Tua erga me mihi perſpectiſſima beneuolentia.

Perſpectè, Aduerbium. Diligently: diſcretely: cunningly.

Perſpectè ſapere. Plaut. To be diſcretely wiſe.

Perſpecto, perſpectas, perſpectâre, Frequentatiuũ. Plaut. To looke well about: to beholde euen to the ende.

Perſpectare ludos. Suet. To beholde playes euẽ to the ende.

Perſpicientia, perſpicientiæ, f.g. Cic. Perfite knowlage: full perceiuinge of a thinge.

Perſpícuus, Adiect. Martial. Cleere: that one may ſee through.

Amnis perſpicuus. Stat. A cleere riuer that one maye ſee through. Liquor perſpicuus. Ouid.

¶ Perſpicuus, per tranſlationem. Cic. Plaine: eaſie: euident: manifeſt. Perſpicua veritas. Cic.

Se in medios hoſtes ad perſpicuam mortẽ pro ſalute alicuius inijcere. Cic. For ones ſafegarde to put him ſelfe into the middes of his enemies to certaine & manifeſt daunger of death.

Res quæ eſſet antea non obſcura, ſacerdotum teſtimonio perſpicua eſſe cœpit. Cic.

Omnia aperta, omnia perſpicua reperientur. Cic.

Perſpicuum facere. Cic. To make euident & plainely knowẽ.

Perſpicuum eſt omnibus. Cic. It is euident and plainely to to all men.

Perſpicúitas, pen.corr. perſpicuitâtis, f.g. Cic. Cleereneſſe properly in wordes and ſentences: perſpicuitie.

Prima eſt eloquẽtiæ virtus perſpicuitas. Quintil. Perſpicuitie is the firſte pointe of eloquence.

Perſpicue, Aduerbium. Cic. Cleerely: openly: euidently.

Dilucidè & perſpicué. Plin.

Planè & perſpicuè expedire aliquid. Cic.

Apertè & perſpicuè nulla eſſe iudicia. Cic.

Pérſpicax, pen.corr, perſpicâcis, pen.prod. om. gen. Cicer. That ſeeth quickely: quicke witted: that perceiueth quickely: quicke of vnderſtandinge.

Nouiſti ad has res quàm ſit perſpicax. Terent.

Prudentia perſpicax. Cic. Acutum & perſpicax. Cic.

Perſpicácia, huius perſpicáciæ, f.g. Cic. Quickeneſſe of ſight: vnderſtandinge, or perceiuyng of a thinge.

Perſpicácitas, pen.corr. tatis, f.g. Idem. Cic.

Perſterno, perſternis, perſtráui, perſtrâtum, penul.prod. perſternere. Liu. To paue all through.

Via ſilice perſtrata eſt. Liu.

Perſtimulo, perſtimulas, pen.cor. perſtimulâre, Idem quod Stimulo. Tacit.

Perſto, perſtas, pérſtiti, pérſtitum, pen.corr. & perſtâtum, penult. prod. perſtâre. Plin. To abide firmely: to ſtande ſurely: to continue to the ende.

In limine perſtat quidam. Tibull. One ſtandeth ſtill in the entree.

Animis perſtare. Stat. To continue ſtill in their mindes.

In cauſam damni perſtat vterque ſui. Ouid.

In impudentia perſtare. Cic. To continue ſtill in.

Perſtare incœpto, vel in incœpto. Liu. To abide ſtill in his purpoſe.

Perſtare in prauitate ſua. Cic.

Perſtare in ſententia. Cic. To abide firmely in his opinion.

In ſocietate perſtare. Liu.

Perſtas certare. Ouid. Perſtat contendere. Sil.

Hyems perſtat. Ouid.

Mens eadẽ perſtat mihi. Virg. I am in the ſame minde ſtill.

Pudor in ore perſtat Ouid.

Rabies perſtat. Lucan.

Perſtans, Participium. Valer. Flac. Abidinge: continuyng.

Perſtratus, Vide PERSTERNO.

Perſtrepo, pérſtrepis, pen.corr. perſtrépui, perſtrépitum, penult. corr. perſtrépere. Terent. To make a great noyſe or ruſtlyng with the feete or otherwiſe.

Rumor in arcana iandudum perſtrepit aula. Stat.

Tellus perſtrepit. Sil.

Perſtringo, perſtringis, perſtrinxi, perſtrictum, perſtringere. Cato. To wringe harde: to touch a thinge ſhortely in ſpeakyng or writyng: to dull or darke with to much light: to daſell: to reprehende in fewe wordes: to make one ſomewhat greeued.

Perſtringere oculos ſplendore micanti. Lucilius. To daſell the ſight with gliſteringe brightneſſe.

Perſtringere aciem, aut oculos mentis, & animorum, aut boni ingenij. Cic. To dull, darken, or abaſhe the ſtrength and quickenes of ones minde or witte. Voluptas rationi inimica mentis oculos perſtringit. Cicer.

Murmure cornuum perſtringis aures. Horat. Thou dulleſt, ſtonieſt or filleſt mine eares with the noyſe of hornes.

Fulmineum perſtrinxit iter. Claud. He paſſed his waye as ſwifte as lightninge.

Terram aratro perſtringere. Cic. To till the grounde.

Horrore perſtringi. Liu. To be in ſuche a feare that all the bodie trembleth or is chille for colde.

¶ Perſtringere aliquem. Cicero. To nippe, taunte, or checke, ſhortely in writinge or ſpeakyng.

Celeriter curſũ aliquẽ perſtringere. Cic. Quickely to diſpatch a voyage or iourney.

Voluntatem alicuius aſperioribus verbis perſtringere. Ci. with ſharpe wordes to reproue.

Suſpicione perſtringere. Cicero. To make one ſomewhat ſuſpected.

¶ Perſtringere rem aliquam Cic. Briefely to touch a thyng.

Leuiter tranſire, ac tantummodo perſtringere vnamquanque rem. Cic. To paſſe ouer lightly, and in few wordes only to touche euery pointe.

Quem locum breuiter perſtrinxi. Cic.

Perquàm breuiter aliquid perſtringere & attingere. Cic.

Perſtrictus, Participium. Plin. wronge harde.

Perſtudioſus, pen prod. Adiectiuum. Cic. Very ſtudious.

Perſuadeo, perſuádes, pen.prod. perſuáſi, perſuáſum, pen.prod. perſuadêre. Plaut. To perſwade: to make to beleue or truſt: to put or bringe in ones minde: to induce or moue to doe a thinge.

Perſuaſit nox, amor, vinum, adoleſcentia. Terent. Moued him to doe it.

Mihi nunquam perſuaderi potuit, animos, &c. Cic. I coulde neuer be perſwaded.

Opinione non ſolùm, ſed etiam ad veritatem ſibi aliquid perſuadere. Cic.

Te tibi perſuadere volo, mihi neminem eſſe te chariorem. Cic. I would you ſhould perſwade your ſelfe.

Confirmauit non ſolùm mihi, ſed etiam perſuaſit. Cic.

Verè perſuades hoc tibi. Horat.

Quo modo mihi perſuadeo. Cic. As I perſwade my ſelfe: in my phantaſie.

Velim tibi ita perſuadeas, me cum Reipub. cauſa, quæ mihi vita ipſa eſt charior, tũ quòd, &c. Cic. I woulde you ſhoulde perſwade your ſelfe or beleue this for ſuretie, &c.

Hoc velim tibi penitus perſuadeas. Cic.

Is mihi perſuadet, nuptias quantum queam vt maturem. Terent. He exhorteth me to haſten, &c.

Perſuádens, pen.prod. Participium: vt

Verba perſuadentia. Ouid.

Perſuâſus,penult.prod. Aliud participium, ſiue nomen ex participio. Cic. Brought in minde:perſwaded.

De tua fide mihi perſuaſum eſt. Brutus & Caſsius Antonio. I am throughly perſwaded that you are faithfull & true.

Ita perſuaſum omnibus. Cic. All men are ſo perſwaded, or beleue it for a ſuretie.

Mihi perſuaſiſſimum eſt, Lepidum rectè facturum nunquam. Brutus Ciceroni.

Perſuaſiſſimum habere. Colum. To be very ſurely and certainely perſwaded.

Perſuâſio,onis,f.g.Verbale.Cic. A perſwaſion: a ſure beliefe in a thinge.

Arrogans de ſe perſuaſio innaſcitur. Quintil.

Attonita perſuaſio, Vide ATTONITVS.

Falſa perſuaſio. Quintil.

Inanis perſuaſio. Quintil. Popularis. Quintil.

Recepta publicè perſuaſio. Quintil.

Induere ſibi perſuaſionem. Quintil. To perſwade himſelfe: to conceiue a beliefe or perſwaſion.

Tumeſcere inani perſuaſione. Quintil.

Perſuâſor,pen.prod.ſoris,m.g. Aliud verb. A perſwader, counſailour, or inducer to doe a thinge.

Perſuaſórius, Adiectiuum. Sueton. That perſwadeth.

Perſuâſtrix,perſuaſtrîcis,pen.prod.f.g. Plaut. A woman that moueth or induceth to a thinge.

Perſuaſibilis,& hoc perſuaſibile,pen.corr. Quintil. That may be perſwaded: eaſie to be perſwaded.

Perſuaſibiliter,penult.corr. Aduerb. In ſuche wiſe as may perſwade vt, Perſuaſibiliter dicere. Quintil.

Perſubtilis, & hoc perſubtile, penult. prod. Cic. Very ſubtile and fine.

Perſulto,perſultas,perſultâre, Ex per & ſalto frequentatiuo verbi Salio. Liu. To leape & ſkippe for ioye, properly in beaſts.

Exercitu campos perſultante. Tacit.

Equis leuibus perſultare. Silius.

Pertǽdet, pertæduit, pertæſum eſt, pertædêre. Gell. To lothe greatly: to be very loth or wery of.

Pertædeſcit,pertædeſcere. Cato. To beginne to loth greatly.

Pertæſum eſt enim leuitatis, aſſentationis animorum, non officijs, ſed temporibus ſeruientium. Cic. I lothe greatly or am wery of the vnconſtancie and flatterie, &c.

Incœpti magni pertæſum eſt illos. Virgil. They weare wery of a great enterprice.

Pertæſus, Participium ſine verbo, inquit Seruius. Diſpleaſed: anoyed: that lotheth or hateth: that is very wery of a thing.

Pertæſus ſermonis. Plaut. wery of communication or talke.

Lentitudinis eorum pertæſa. Tacit.

Pertæſus ignauiā ſuam, quòd nihildum à ſe memorabile actū eſſet. Suet. Hatinge or diſpleaſed with his owne ſlouthfulneſſe that, &c.

Semet ipſe pertæſus talis epiſtolæ principio. Sueton. Diſpleaſinge himſelfe in the beginninge of ſuch an epiſtle.

Pertego,pértegis, pen.corr. pertexi, pertectum, pertégere. Plaut. To couer all: to couer ouer and ouer: to make an ende of that one hath begonne to couer.

Pertendo,pertendis, pertendi, pertenſum, perténdere. Cato. To ertende: to goe ſtraite to a place: to contende: to lay one thinge agaynſt an other: to bryng to an ende that one hath purpoſed.

¶ Pars maxima Romam pertenderunt. Liu. The moſte parte wente ſtraite to Roome.

Ad regis caſtra pertendit. Hirtius. He goeth forth the ſtraite way vnto the kinges campe.

¶ Pertendere, Cōtendere. Cic. To contende or lay one thyng againſt an other.

¶ Pertendere. Terent. Video non licere, vt cœperam hoc pertendere. I ſee well I can not be ſuffered to brynge this matter to paſſe, or ſo to goe through with this matter as I purpoſed and beganne.

¶ Animo pertendens. Propert. Obſtinate: ſtubburne.

Pertento,pertentas,pertentâre. Terent. To attempte: to aſſay or proue much.

Nobilium adoleſcentium animos pertentabant. Liu. They proued often.

Perſpice rem, & pertenta. Cicero. Vnderſtande the matter throughly, and trie it.

Cauſam totam pertentare & perſpicere. Cic.

Dictis varijs pertentat pectora. Stat. with ſundrie wordes he trieth or proueth their mindes how they be bent.

Adminiſtratio negotij ex omnibus partibus pertētabitur. Cic.

¶ Tremor pertētat tota equorum corpora. Virg. The horſes bodies beginne to ſhake or tremble: or horſes ſhake their whole bodies.

Gaudia pertentant mentem. Virgil. Ioye often beginneth to moue their minde.

Gaudia pertentant tacitum pectus. Virgil.

Pertenuis,& hoc pertenue. Plin. Very ſelender, thinne, ſimple, ſmall, or ſingle.

Laminæ pertenues. Plin. Very thinne plates.

Pertenuis ſpes, per tranſlationem. Cicero. Very ſmall hope.

Res pertenui nobis argumento indicióque patefacta eſt. Cic. By a very ſklender proofe and token the matter was opened to vs.

Diſcrimen pertenue. Cicero, Pertenui diſcrimine ſepararentur. Cic. They ſhoulde be very little or nothyng a ſunder.

Suſpicio pertenuis. Cic. A very ſmall ſuſpition.

Vis pertenuis. Cic.

Perterebro,pertérebras,pen.corr. perterebrâre. Cic. To perce: to bore through.

Pertergo,pertergis,perterſi,perterſum,pertérgere, penult.corr. Colum. To rubbe or wipe cleane ouer.

Gauſape purpureo menſam perterſit. Horat.

Pertero, pérteris, penult.corr. pertríui, pertrîtum, penult.prod. pertérere. Colum. To rubbe or frote a thinge: to frote a ſunder: to rubbe in peeces: to breake in ſmall crummes.

Ianuam lima perterunt. Plaut. They file a ſunder the gate.

Pertrîtus,pen.prod. Participium. Columel. Rubbed in peeces: broken in ſmall crummes.

Perterreo,perterres,pertérrui,pertérritum,pen.corr. perterrére. Cæſar. To make ſore a fearde.

Ferro aliquem reijcere & perterrere. Cic. To repell and feare away with weapon.

Obſtupefieri & perterreri diligentia alicuius. Cic.

Somnio perterreri. Cic.

Pertérritus. pen. corr. Participium. Cic. Sore afrayed.

Perterritus conſcientia. Cic. Perterritus metu.

Timore perterritus contremui. Cicer. Beyng in ſore feare I trembled.

Cerua perterrita. Ouid. Mœnia perterrita. Ouid.

Perterrefácio,perterrefacis,pen.corr. perterreféci,pen.prod. perterrefactum, perterrefácere, Idem quod Perterreo. Terent.

Perterrícrepus,pen.corr. Adiectiuū. Lucret. That maketh a terrible noyſe: that with the noyſe thereof maketh men ſore afrayde.

Pertexo,pertéxis,pen.prod. pertexui, pertextum, pertéxere. Cic. To weaue out or to an ende. Et per trāſlationem. To make an ende: to conclude: to goe through with to an ende.

Pertexe quod exorſus es. Cicer. Goe through with that thou haſte begunne.

Pertica,huius perticæ,f.g.pen.cor. Varro. A lōge ſtaffe, perch, or polle to meate grounde with.

Sæua pertica, Ouid. Triſtis pertica. Propert.

Perticâlis,& hoc perticâle,pen.prod. whereof perches or polles are made. vt, Perticalis ſalix. Columel.

Pertimeo,pertimes,pen.cor. pertímui, pertimêre. Cic. To feare much: to be greatly afrayed.

Pertimeſco, pertimeſcis, pertímui, pertiméſcere, Idem. Cic.

Siculi Siculos non tam pertimeſcebant. Cic.

Rotam fortunæ pertimeſcere. Cic.

Non mediocriter aliquid pertimeſcere. Cic.

De ſuis periculis, fortuníſque omnibus pertimeſcunt. Cic.

Pertimeſcitur,pen.cor. Paſſiuum. Cic. Id etiā in leui perſona pertimeſcitur.

Pertimeſcendus, Participium. Greatly to be feared. vt, Fama inconſtantiæ pertimeſcenda. Cic.

Pertineo,pertines, penult.corr. pertínui, pertentum, pertinêre, Ex per & teneo compoſitum, ſignificat Pertingere, peruenire: & iungitur modò præpoſitioni IN, modò AD, Vlpian. To extende to: to touch a thinge.

In tuas ædes pertinet. Vlpian. It extendeth or commeth euē to your houſe.

Quæ ad poſteritatis memoriam pertinerēt. Cic. which might continue to the remembraunce of poſteritie.

Ea ad pulmones vſque pertinet, Cic. That extendeth euen to the lunges.

Ad partem Oceani, quæ ad Hiſpaniam pertinet. Cæſ. whiche extendeth euen to Spayne.

Sylua longè introrſus pertinet. Cæſ. The woodde lieth, extēdeth, or goeth a great way into the countrey.

Pertinens per naturā cuiuſq; rei. Cic. Extendyng or ſtretchyng it ſelfe into the nature of euery thinge.

Gratius mihi futurum, quàm ſi ea tua liberalitas pertinuiſſet ad rem familiarem meam. Cic. It ſhall be more acceptable to me, then if you had vſed your liberalitie in my owne proper affayres and goods, or then if you had extended your liberalitie to mine owne propre cōmoditie.

¶ Pertinet, Impersonale. Pomponius. It belongeth, it appertayneth.

Pertinet ad te hæc malitia, ſuſpicio maleficij, &c. Plaut.

-magis hæc malitia pertinet ad viros, Quàm ad mulieres. Plaut. This naughtineſſe pertaineth to men rather then women.

Ad quem ſuſpicio maleficij pertineat. Cicer. who is to be ſuſpected for this naughtie acte.

Ad quos pertineat facinus, veſtigia nulla extant. Liu. There appeare no tokens who was the doer of this miſcheuous acte.

Pertinet ad rem. Cic. It pertaineth to the mattier.

Pertinet ad Remp. Cic. It is expediēt for the cōmon weale.

Nec verò hæc oratio mea ad infirmandum fœdus Gaditanorum pertinet. Cic. Neither is the intente and purpoſe of my talke or wordes, to breake, &c.

Pertinet oratio mea ad plures. Cicer. My wordes toucheth many.

Summa illuc pertinet, vt ſciatis, &c. Cic. The whole mattier is ſpoken to this ende.

Latè patet hæc ars, & ad multos pertinet. Cic. This arte is of great vſe and extendeth to many.

Eò pertinuit, quòd intelligi volui. Cic.

Hoc eò pertinet, vt, &c. Cic. This is the effecte and intente of that is ſpoken: This is to this ende.

Pertinet eodem. Plin. It is to the ſame ende and effecte.

Veſtri hæc confirmant, interpretando quorſum quidque pertineat. Cic. By interpretyng to what purpoſe euery thinge is done.

Cætera pertinere ad id putant, aut ad augendum, aut ad tuendum. Cicer. They thinke other thinges to ſerue to this ende, &c.

Pertinet ſomnium ad hoc. Plautus. This is the ende or meanyng of my dreame.

Pertinet gemitus prouinciæ ad capitis tui periculū. Cic. The ende of the lamentation and mourninge of the prouince is the daunger of thy life.

Pertinent ad vſum nauium. Cæſar. They ſerue to the vſe of ſhippes.

Cur non pertineat ad literas ætas, quæ ad mores iam pertinet? Quintil. why is not that age meete for learnyng, which is alreadie meete to be inſtructed in good maners?

Ea pars ſententiæ, quę pertinebat ad dandum ei ex ærario centies quinquagies ſeſtertiûm. Plin. iunior.

Eadem bonitas etiam ad multitudinem pertinet. Cicer. It ſeemeth conuenient for the common people to haue that goodneſſe as well as other men.

Si nihil ad eos pertinere arbitrarentur. Cic. If they did thinke that it did nothinge touch them or appertaine vnto thē.

Pertinet ad officium meum. Cic.

Talem exiſtere eloquentiam, qualis fuerit in Craſſo & Antonio, non cognitis rebus omnibus, quæ in tantam prudentiā pertinerent, tantamq; dicendi copiam, quanta in illis fuit, non potuiſſe confirmo. Cic.

Pértinax, pen. corr. pertinâcis, pen. prod. om. g. Plaut. That holdeth faſte and will not let goe.

¶ Pertinax, aliquando in bonam partē accipitur. Liuius, Continuyng or abidyng conſtantly: conſtant in his purpoſe.

Vicit omnia pertinax virtus. Vertue conſtant, and continuyng in goodneſſe ouercommeth all thinges.

Pertinax recti. Tacit. That will not departe from right and honeſtie.

¶ Pertinax in malam partem. Cic. Stubburne: obſtinate: opinatiue: ſtiffe in opinion.

Pertinax in diſſerendo vel diſputando. Cic. Stiffe in his opinion in reaſoninge.

Pertinax in rem aliquam. Seneca.

Ludere pertinax. Horat. Continuyng ſtiffely to play.

¶ Certamen pertinax. Liu. An obſtinate fight wheare neither parte will geue ouer.

Pertinax prælium. Liu. Idem.

Digitus malè pertinax. Horat. A fingar that did not holde faſte.

Diſputationes in diſputando pertinaces. Cic.

Dolor pertinax. Seneca. A conſtant and continuall ſorow.

Fama pertinax. Plin. A conſtant bruite or fame that alway continueth.

Odium pertinax. Plin. Mortall and obſtinate hatred.

Pietas pertinax. Martial.

Sermo lenis, minimeque pertinax. Cic. Milde talke and not ſhewyng ſtiffeneſſe in opinion.

Studium pertinax. Quintil. Continuall ſtudie.

Pertinaciſſimus fueris, ſi in eo perſtiteris, ad corpus ea quæ dixi referre. Cic.

Pertinácia, huius pertináciæ, f. g. Cic. Obſtinacie: ſtubborneſſe: ſtiffeneſſe in opinion. Sometime in the good parte perſeuerance: conſtancie.

Patientia & pertinacia hoſtis. Sueton. The pacience and conſtancie of the enemie.

Pertinacia & ſtudium vincendi. Cic. Firme purpoſe and ſtudie to ouercome.

Pertinacia animi. Liu.

Quæ pertinacia quibuſdam, eadem alijs conſtantia videri poteſt. Cicer.

¶ Accenditur pertinacia. Tacit.

Amittere ſua pertinacia vitam. Cic. By his ſtubburneſſe to leeſe his lyfe.

Cum pertinacia & iracundia rectè diſputari non poteſt. Cic.

Pertinacia & nimia cupiditas principatus. Cic.

Refellere ſine pertinacia, & refelli ſine iracundia parati ſumus. Cicero.

Reprehenditur in minimis rebus pertinacia. Cic.

Pertináciter, pen. corr. Plin. iunior. Obſtinately: ſtiffely: ſtubburnely: conſtantly: ſurely.

Pertinaciter amare. Plin. iunior. Conſtantly & alway to loue.

Pertinaciter defendere. Liu. Stiffely to defende.

Hærere pertinaciter. Quintil. To ſticke ſurely that it will hardly be ſeperated.

Pertinaciter initum prælium. Liu.

Nimium pertinaciter alicui offenſus. Plācus Ciceroni. To obſtinately and ſtiffely to beare one grudge.

Pertinaciter inſequi. Liu. Eagerly to purſue.

Pertinaciter manere. Varro.

Pertinaciter repugnare. Plin. iunior.

Durare pertinaciſſime. Quintil.

Pertingo, pertingis, pértigi, penult. corr. pertactum, pertingere. To ioyne harde vnto: to come euen to. Plinius, Ab oculis pertingit ad cerebrum, It cometh from the eyes euen to the brayne.

Lux oculos pertingit. Lucret.

Per omnem mundum pertingentem. Cic. Extendyng it ſelfe through the whole worlde.

Pertolero, pertóleras, pen. cor. pertolerâre. Plaut. To endure to the ende: to ſuſtaine valiauntly: to abide paciently.

Pertorqueo, pertorques, pertorquêre. Lucr. To greene or torment ſore.

Pertracto, pertractas, pertractâre. Cicero. To touche or handle muche or ofte.

Pertractare beſtias manibus. Hirtius.

¶ Pertractâre, per tranſlationem. Cic. To conſider or thinke of a mattier diligently.

Omni cogitatione pertractans. Cic. Conſideringe the thinge very earneſtly in my minde.

Diligenter & ſæpe aliquid pertractare. Cic.

Diuturnitatem pertractare. Cic.

¶ Pertractare. Cicer. To handle, or diſpute: to intreate and reaſon of a mattier.

Philoſophiam pertractare. Cic.

Pertractatas res habere. Cic. To haue mattiers alreadie debated and conſidered in his minde.

Pertractatio, onis, f.g. Verbale. Cic. Often handlinge.

Multa pertractatione omnium rerum publicarum. Cic.

Poetarum pertractio, Cic. Often readinge of Poetes.

Pertraho, pertrahis, pen. corr. pertraxi, pertractum, pertrahere. Liu. To draw with force.

Pertrahere aliquem in caſtra. Liu.

Pertrahere vitam. Plin. To prolonge his life.

Pertranſeo, pertranſis, pertranſiui, pen. prod. pertránſitum, pen. corr. pertranſire. Plin. To paſſe through.

Pertranſlucidus, pen. corr. Adiectiuum. Plin. So cleere that one may looke through it.

Pertribuo, pertríbuis, pertríbui, pertribûtum, penul. prod. pertribúere. Plin. iunior. To giue.

Publicè teſtimonium pertribuerunt. Plin. iunior.

Pertriſtis, & hoc pertriſte. Cic. Very ſadde or heauie.

Pertritus, Vide PERTERO.

Pertumultuoſus, pen. prod. Adiectiuum. Full of rufflynge or buſineſſe: that maketh great ſturre and trouble.

Pertumultuóſe, pen. prod. Aduerbium. Cic. with great trouble & buſineſſe: with great ſturre and rufflinge.

Pertundo, pertundis, pértudi, penul. corr. pertûſum, pen. prod. pertúndere. Colum. To beate with hammers: to thumpe, or knocke.

Vas ipſum pertundetur. Colum.

Terebra vitem quam inſeres, pertundito. Cato.

Guttæ pertundunt ſaxa. Lucret.

Pertûſus, pen. prod. Participium. Broken or pouned in peeces: perced through. vt, Pertuſa ſella. Cato. Veſſels cracked or broken in ſome parte.

In vas pertuſum congeſta. Lucret. Thinges put into veſſels that haue holes or be bored through.

Margaritæ pertuſæ. Vlpian. Pearles that be bored through.

In pertuſum dolium dicta ingerere. Plaut. To leeſe his labour in ſpeakyng to one: to put water into a ſieue.

Perturbo, perturbas, perturbâre. Terent. To trouble much: to vexe: to diſturbe.

Præcipitem aliquem ex ciuitate perturbare. Author ad Herennium. To thruſte one headlonge out of the citie.

Percellere & perturbare. Cic. To abaſh and trouble greatly.

De Reipub. ſalute magis, quàm de ſua perturbari. Cic.

Perturbare animos & concitare. Cic.

Clamore aliquorum perturbari. Cic.

Corpus totum perturbatur. Lucret.

Perturbari errore & inſcitia. Cic.

Domum perturbare. Seneca.

Mentes & animos hominum perturbare. Cæſ. To ſtirre men to buſineſſe and vnquietneſſe.

Magno animi motu perturbari. Cic. To be in great trouble and vexation of minde.

Otium perturbare. Cic. To diſturbe quietneſſe: to make that men can not liue in quietneſſe.

Perturbare pactiones bellicas periurio, Cic.

Prouinciam aliquam perturbare. Cic.

Rempublicam perturbare. Cic.

Perturbatur omnis vitæ ſtatus. Cic.

Perturbâtus, pen. prod. Nomen ex participio. Troubled greatly: all out of quiete. Cicero, Nunquam vidi hominem perturbatiorem metu. I neuer ſaw man more troubled or aſtonied with feare!

Acies perturbata. Vide ACIES.

Anima perturbata. Lucret.

Seditionibus perturbata ciuitas. Cic.

Perturbata res rei. Seneca. A thinge mixte or mengled with an other thinge.

Perturbáte, penul. prod. Aduerb. Cic. with trouble of minde: vnquietly.

Perturbâtor, pen. prod. toris. Verbale maſculinum. A troubler or diſquieter of all,

Perturbátrix, pen. prod. tricis, Verbale fœm. Cic.

Perturbátio, onis, f.g. Aliud verbale. Cic. Troublous affectiō of minde: trouble: diſturbance: diſquietinge.

Conuerſio rerum & perturbatio. Cic. Chaunge and trouble of the ſtate of the worlde.

Perturbatio cæli & Serenitas, contraria. Cic. Troublous weather, and fayre weather.

Valetudinis alicuius perturbatio. Cic. Trouble of ſickeneſſe.

Perturbatio vitæ & magna confuſio. Cic.

Perturbatio animi & Sedatio, contraria. Cicero. Trouble of minde, and quietinge.

Perturbatio animi, Tranquillitas & ſecuritas, contraria. Cic.

Turbidi animorū concitatiq; motus, perturbationes ſunt. Cic.

¶ Afferre perturbationem, Vide AFFERO.

Cōmoueri magna animi perturbatione. Cic. To be in great trouble and vnquietneſſe of minde.

Quæ fiunt cū aliqua perturbatione, ea neq; cōſtanter, &c. Cic.

Fugere perturbationes, id eſt motus animi nimios rationi nō obtemperantes. Cic.

Immittere perturbationes. Cicero. To ſende in troubles or vexations.

In perturbationes ne incidamus cauendum. Cic. We muſt take heede we fall not into troublous paſſions or affections.

Ira, aut perturbatione incitatus. Cic.

Peccatur perturbatione rationis atque ordinis quicquid peccatur. Cic.

Impetu quodam animi & perturbatione, Conſilio aut iudicio regi, contraria. Cic.

Perturbationi animi ſuccūbere. Cic.

Perturpis, & hoc perturpe. Cic. Very filthie and diſhoneſt.

Pertuſus, Vide PERTVNDO.

Peruado, peruâdis, pen. prod. peruáſi, peruâſum, pen. prod. peruádere. Tacit. To goe ouer all: to goe through or into: to ſhape or paſſe through or bie.

Obuijs cuſtodibus cæſis ad caſtra COS. peruadit. Liu. He paſſeth through to the Conſulles campe, killinge ſuche watchmen as mette him.

Nequid in eas, quod noceat, poſſit peruadere. Cicer. That nothinge enter into them, whiche may hurte.

Pars eius belli in Italiam peruaſit. Cic. Parte of that warre entred into Italie.

Per agros quantum incendium peruaſerit, cernitis. Cic.

Quum fama ea forum atque vrbem peruaſiſſet, ſubitò ad curiam concurſus fit plebis. Liuius. When that rumour was ſpreade in the cōmon place & about all the whole citie.

Quum peruaſiſſet caſtra rumor, &c. Liu. When this rumour was ſpreade in the campe amonge the ſouldiours.

Murmur, pauor, clamor, &c. peruaſit. Liu.

Murmur à Tribunali totam concionem peruaſit, deferri rem. Liu. There went a mutteringe, or murmuringe from the iudgement ſeate ouer all the aſſemble, that, &c.

Clamor vrbem peruaſit. Liu. A crie wente ouer all the citie.

Quædam calamitas peruadere videbatur. Cic. A certaine calamitie ſeemed to ſpreade it ſelfe ouer all.

Locus iam nullus eſt, quo non noſtrorum hominum libido iniquitasq́; peruaſerit. Cic.

Peruaſit opinio per animos hominum. Cic. This opiniō was commonly abroade in mens mindes,

Peruaſit morbus. Cicero.

Pallor repentè peruaſit ora. Sil. Sodainely all his face waxed pale.

Pauor ac trepidatio totam vrbem peruaſit. Liu. All the citie was in a great feare and dreade.

Peruagor, pen. cor. peruagâris, peruagári: & Péruago, péruagas, peruagâre. Plin. iunior. To wander about: to be publiſhed: to be ſpreade abroade.

Vicos etiam atque agros ſuperſtitionis iſtius contagio peruagata eſt. Pli. iunior. Villages and places in the countrey weare euery where infected with this ſuperſtition.

Dolor omnia membra peruagabatur. Plin. iun. The greefe went ouer all the partes of the bodie.

Peruagantur moleſtiæ mentes omnium. Cic. Greefe or ſorow was ſpreade in all mens mindes.

Ne is honos nimium peruagetur. Cic.

Commune & peruagatum. Cic. A thyng commen & abroade

in

in euerie mans mouth.

Peruagatum & celebratum commemoratione alicuius.Cic.

Peruagâtus, pen.prod. Participium , ſiue Nomen ex participio. Liuius. That wandreth, ſtrayeth, or goeth farre abroade: ſpredde commonly amonge men.

Longè lateq́; peruagata bona,& Anguſta,cõtraria,Cic. Good thinges in great vſe and commonly ſpreade abroade, and thinges in ſmall vſe.

Cauſa hæc apud Græcos peruagata eſt.Cic. This is amonge the Grecians a common mattier.

Vulgaris & peruagata declamatio.Cic.

Illuſtris & peruagata fama alicuius rei.Cicer. A notable and common fame of a thinge farre ſpredde abroade.

Quotidiana & peruagata opera.Cic.

Sermo ciuitatis peruagatus.Cic.

Pars peruagatior.Cic. A parte more cõmõ or accuſtomed.

-peruagatiſſimus ille verſus,qui vetat,

Artem pudere proloqui,quam factites.Cic. That common and accuſtomed verſe,that forbiddeth,&c.

Péruagus,pen.corr. Adiectiuum.Ouid. That wandreth about.

Perualidus,pen.corr.Adiect.Liu. Very valiaunt and ſtronge.

Peruarius,Adiectiuum. That is of diuers ſortes and faciõs.

Peruariè,Aduerbium.Cic. Very diuerſly:in diuers ſortes.

Peruaſto,peruáſtas,peruaſtâre.Liu. To deſtroie cleane.

Peruecho,péruehis,pen.corr.peruexi,peruectũ,peruéhere. Plin. To carie: to bringe to.

Ad Morinos vſque peruecta.Plin.

Nauigatione ſecunda peruehi. Tacit. To ſayle or paſſe by ſea proſperouſly.

Peruehi in portum.Cic. To come ſaylinge into the hauen.

Velis paſſis aliquò peruehi.Cic. To ſayle or paſſe by ſea towarde any place.

Peruehi ad exitus optatos.Cic. To come to the ende that he deſireth:to bringe to that effecte he woulde doe.

Peruectus,Participium. Caried throug or to. vt,Peruectus in litus.Plin. Caried to the ſea ſide : brought by ſhippe to lãde.

Paſſu cito peruecta eſt ad littora.Sil.

Peruello, peruellis, peruelli & peruulſi, peruulſum, peruéllere. Cic. To touch or plucke at:to moleſte or greeue.

Peruellere aliquem.Cic. To touch,plucke, or pull at one : to moleſte or greeue him.

Peruellere ſtomachũ.Horat. To prouoke or moue appetite.

Peruellere ius ciuile.Cic. To ſpeake ill of the ciuile lawe: to depraue it.

Peruenio,péruenis,pen.corr.peruéni,penult.prod.peruentum, peruenîre. To come to a place or to an ende : to attaine to.

Ipſe perueni ad fontem puriſſimum.Plin.iunior.

Donec ad eos perueniat.Liu. Vntill he come to them.

Maturè aliquò peruenire.Cic.

In portum ſalua naue peruenire. Quintil.

Peruenire prouinciam.Traianus ad Plinium. To come into the prouince.

Sine me peruenire quò volo.Terent. Lette me come , or tell out my tale to that pointe I woulde doe.

Ad annum ſeptuageſimum peruenit Cyrus.Cic. Cyrus liued till he was.70.yeres of age.

In craſtinum peruenire.Quintil. To liue vntill the morow.

Peruenire ad deſperationem.Cæſ. To come to diſpayre.

Ad eloquentiam peruenire. Quintil. To attaine to eloquẽce.

Ad propoſitum mihi finem honoris nondum peruenerã, Cic.

Ad maturam frugẽ peruenire.Quintil. To become perfitely ripe:to continue till it be through ripe.

Peruenire ad improbitatem,Cic. To come to naughtineſſe.

Peruenire in maximam inuidiam.Cic. To become in great hatred and diſpleaſure of men.

Via aliqua ad aliquam laudem peruenire.Cic.

Peruenire ad manus.Cic. To come to hande ſtrokes.

Ne in illius manus perueniret.Cic. That it might not come into his handes.

In meam notitiam decem modó peruenerũt.Colum. I know no moe but ten.

Peruenire ad nummos.Cic. To get,obtaine, or come to the money that is owynge.

Peruenire in poteſtatem alicuius.Cic. To become in ſubiection to one.

Peruenire ad primos.Cic. To attaine to be compted amõge the chiefe.

In ſcripta alicuius peruenire.Cic. To attaine to the honour to haue our actes writen of one.

Conditione vlla in Senatum peruenire non potuit. Cic. He coulde not by any meanes attaine to be of the Senate.

Ad alicuius rei ſummam peruenire.Quintil.

Peruenire ad ſummum.Cic.

Peruenire in magnum timorem.Cæſ. To be in great feare or doubt.

Peruenire in tutelam.Cic.Pupillum fraudare , qui in tutelam peruenit. To defraude the warde that is in our cuſtodie.

¶ ſi ad herum hæc res peruenit, Periſti pulchré. Plautus. If this come to thy maiſters eare,thou haſt ſponne a fayre threade,or thou maiſte geue thy life for an halfepenie.

Clamor ad aures peruenit.Virg. I hearde a ſhoute or crie.

Necdum peruenerant factiones.Liu.

Vix ad aures meas iſtius ſuſpicionis fama peruenit. I had ſcãt harde of this ſuſpicion.

Fama peruenit huc.Ouid.

Hæreditas ad filiam peruenit.Cic.

Humanitas ab iſto ad illos perueniſſe putatur.Cic. To haue proceeded from him to them.

Iniuria ad paucos peruenit.Author ad Heren.

Ad vnum tanta licentia nunquam perueniſſet,niſi,&c.Cic.

Peruenit lucrum ad eum.Cic. The gaine came to him.

Pecuniam morte alicuius ad quempiam peruenire.Cic.

Similitudo naturæ illius ad te, qui ab illo ortus es, peruenit. Cicero.

¶ Poſtquam peruentum eſt in tecta thalami.Virg. After that they came,&c.

Peruenor,pen.prod.peruenâris,peruenâri.Plaut. To hunt ouer all. Et per tranſlationem, To hunte or ſearch diligently.

Peruerto,peruertis,peruerti,peruerſum, peruértere. Plaut. To peruerte:to depraue:to make ill:to corrupte : to marre : to turne vpſide downe:to ſubuerte or caſte downe.

Labefactare & peruertere.Cic.

Arbuſta,virgulta,tecta peruertere.Cic.

Defenſionem peruertere.Author ad Heren.

Iura omnia diuina & humana peruertit C.Cæſar.Cic.

Officium peruertere.Cic. To depraue and marre all honeſt dutie of behauiour.

Omnia peruertere rapinis,incendijs,cædibus.Hirtius ad Ciceronem. with robbyng,burninge,murderinge,to turne all thinges vpſide downe.

Res vetuſtate robuſtas peruertere. Cic. To corrupte thinges that be ſtronge by reaſon of antiquitie.

Sacra inexpiabili ſcelere peruertere.Cic To corrupte.

Senatum vi,cæde,incendijsq́ue peruertere.Cic. To ſubuerte.

Vectigalia peruertere.Cic. To ſubuerte and marre the common reuenewes of the citie.

Hoſtium vim ſe peruerſurum putauit Crœſus,peruertit autem ſuam.Cic. But he ſubuerted his owne.

Peruertere aliquem.Cic. To vndoe and caſt away a man.

Peruerſus,Nomen ex participio.Brutus ad Ciceronẽ. Frowarde: ouerthwarte:corrupte:naught:vnfortunate.

Præpoſterus & peruerſus.Cic.

Illic & hîc peruerſus eſt.Plaut.

Prauum & peruerſum.Cic. Naught and corrupte.

Cachinno peruerſo diſtorquere ora. Ouidius. To writhe the mouth in laughyng.

Hic dies peruerſus atque aduerſus mihi obtigit. Plaut. This day is to me frowarde and vnfortunate.

Deformati,inquinati,peruerſi,conturbati ludi.Cic.

Mentes peruerſæ.Ouid.

More peruerſo aliquid facere.Cic. To doe a thinge by ouerthwarte & corrupt meanes,or ouerthwartly & naughtily.

Præmia peruerſa.Seneca.

Ratio peruerſa Lucret. Vota peruerſa.Stat.

Quid peruerſius?quid intolerabilius?Cic.

¶ Peruerſiſſimi oculi.Cic. Eyes lookyng much a ſquinte.

Peruerſè,Aduerbium: vt Peruerſè abuti. Cic. Maliciouſly : miſcheuouſly:ouerthwardely:peruerſely:frowardely.

Imitata peruerſè fuit prudentiam ſtulta calliditas.Cic.

Peruerſè videre.Plaut. To looke a ſkew or a ſquinte : to ſee

naughtily.

Vtuntur peruerſè deorum beneficio multi. Cic.

Peruerſitas,pen.corr.peruerſitâtis,fœ.gen. Cic. **Frowardeneſſe: ouerthwartneſſe: naughtineſſe of nature delightinge to doe contrarie to that he ſhould doe.**

Improbitas & peruerſitas. Cic.

Incredibilis hominum peruerſitas. Cic.

Ferre humaniſſimè alicuius peruerſitatem. Cic.

Moleſtiſſima diligentiæ peruerſitas. Quintil.

Peruerſitas opinionum. Cic.

Perueſtigo,perueſtigas,pen.prod.perueſtigâre. Cic. **To ſeeke out diligently: to finde in ſeekyng.**

Perueſtigata & cognita. Cic.

Perueſtigatio,onis,f.g.Verbale.Cic. **Diligent ſearchyng or ſeekyng out.**

Peruetus,penult.corr. huius peruéteris,pen.corr.om.gen.Cic. **Very olde.**

Peruetus epiſtola.Ci. **A letter that hath ben very lõg writẽ.**

Perueteres nuces. Plin.

Peruetuſtus,Adiectiuum,Idem: vt Peruetuſtus adeps. Plin.

Peruetuſta verba. Cic.

Peruicax,pen.cor.peruicâcis,pen.prod.om.g. Terent. **Harde: ouerthwarte: ill to intreate: obſtinate: ſtubburne. Headie: contentious.**

Peruicax contra flatus. Plin. **That will not lightly be moued with winde: ſteedie agaynſt windes.**

Iræ peruicax. Tacit. **That kepeth anger longe.**

Recti peruicax. Tacit. **That will not be moued from right.**

Acies oculorum peruicax. Seneca.

Contumacia peruicax. Colum. **Obſtinate ſtubburneſſe.**

Inimicus peruicax. Quintil.

Peruicácia,peruicáciæ,f.g.Cic. **Obſtinacie: headineſſe: ſtiffeneckedneſſe: ſometime, conſtancie and firme ſtayinge in a good thynge.**

Peruideo,péruides,pen.corr.peruidi,peruîſum,pen.prod. peruidére. Cic. **To ſee and regarde diligently.**

Videt ſine dubio quid eueniat: ſed cur id accidat, nõ peruidet. Colum. **He doeth not throughly perceiue.**

Peruigeo,péruiges,pen.corr.peruígui,peruigêre. Tacit. **To be of great vertue and ſtrength.**

Peruigil,pen.corr.peruígilis,penult.corr.om.gen.Plin. **That watcheth alway: diligent and induſtrious.**

Anguis peruigil. Ouid. Canis peruigil. Seneca.
Cuſtodia peruigil. Lucan. Ignis peruigil. Stat.

Peruígilo,peruígilas,pen.corr.peruigilâre. Martial. **To watch, or not to ſleape all night longe.**

Peruigilat nocteis totas. Plaut. **He watcheth wholle nightes.**

Ad ignes hyberni luminis peruigilare. Virg.

Peruigilâtus,penult. prod. **watched from the beginnyng to the ende.** Ouidius, In multo nox eſt peruigilata mero. **They watched and dranke all night longe.**

Peruigilatio,onis,f.g.Verbale. Cic. **A watchyng all night lõge.**

Peruigilium,huius peruigilij. Plin. **Great watchyng.**

